



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani  
Ivrvvm Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii  
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum  
Patroni**

**Rebuffi, Pierre**

**Coloniae, 1610**

De mandatis apostolicis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

nomina ad quem recurrito. & sic ex his dicam cum plate egregio, Psal. 67. Benedictus dominus die quotidie, prosperum interfaciet nobis Deus salutarium nostrorum, ut ad finem usque sua gratia possim peruenire. Sic continuando in hoc titulo dictum exitit quomodo conferri debent beneficia ratione gradus & nominationis, nunc sequitur videre quomodo ratione mandati. Ideo sequitur Rub. de mandatis apostolicis.

Tit. de collationibus  
Finis.

De Mandatis Apostolicis.

Quis pri-  
mo vocari  
mandata.

**N**otandum est, quod olim Romani pontifices non solebant grauate ordinarios per hęc mandata, sed Alexander tertius, vt reor) tunc primus qui inuenit ista mandata. cap. eam. i. e. de rescr. quę demum profecutus est Innocentius tertius, vt in c. dilectus. 2. de preb. postea Honorius tertius, vt in c. capitulum. de rescr. deinceps Gregorius nonus, vt in c. mandatum. c. cum duobus seq. illo tit. superuenit postea Innocentius quartus, qui decretalem primam. de concess. preb. in 6. euulgauit. Et post eum Bonifacius octauus cõpilauit decretalem vlt. de preb. in 6. Vltimo Clemens quintus in concilio Viennen. quędam dubia declarauit in cle. vna. de concess. preb. De his lo. And. not. in addi. ad Spe. in rub. de concess. preb. in princ. & in c. duobus. in fi. de rescr. in 6. Petr. Anch. in d. cle. vni. in princ.

Postremo, Papa & Rex certam mandatis in hoc Franciæ regno, de qua infra patet, formam statuerunt, & hęc sunt iura, quę in mandatorum materia allegari solent.

Que sunt  
literę mo-  
nitorie,  
preceptio-  
rie, & exe-  
cutorie.

Insuper in his mandatis olim Romani ponti. Primò dabant literas monitorias (quasi primarias preces) per quas monebant ordinarios ad conferendum mandataris. Veruntamen quia ordinarii voluntatem summi pontificis facillè nõ exequabantur, ideo literas preceptorias inuenerunt, quibus præcipiebant ordinariis col-

latoribus, vt mandataris conferre haberent. Verum si mandatum collatores non exequabantur, non annullabatur illorum dispositio, sed contrafaciens erat puniendus. c. si soli. de concess. preb. in 6. dilectus. 2. de preb. Fel. post Pan. in c. constitutus. col. 9. n. 28. de rescr. Ideo Romani pontifices literas executorias inuenerunt, per quas mandabatur, vt executores compellerent ordinarium ad conferendum. de his tribus literis habetur in c. eam. & c. constitutus. literis. & c. ex infirmatione de rescr. Veruntamen quia adhuc manus ordinarii non ligabantur, vt collatio in contrarium facta non valeret, nisi in tribus casibus.

Primus, quando mandataris erat creatus canonicus. c. si poss. quam. de preb. in 6. c. duobus. de rescr. illo lib. Fel. in c. ad audientiam. col. 8. vers. literę non dantur. de rescr.

Secundus, quando erat clausula decreti. c. i. de concessio. preb. in 6.

Tertius, quando executor inhibuerat collatori, & suę collationi referuauerat. c. tibi qui. de rescr. in 6. doct. c. si soli. Ideo executoribus potestatem conferendi literis in executorialibus in recusationem vel negligentiam dederunt. c. si apostolica. de preb. in 6. c. si capitulo. de concess. preb. ibidem. Aliquãdo verò dabantur tantum literę executoriæ, vt in d. c. capitulum. de rescr. & ibi am-  
Materia  
mandato-  
rum est dif-  
ficilis &  
confusa.

plè de hac materia. & in c. dilecto. de appel. Verū enim uero, quia hęc materia est difficilis, & confusa: nam paucos habet tex. & dubia super ipsis formis & clausulis de iduntur argumentis legalibus melius, quàm canonicis constitutionibus, teste Petr. de Anch. in cl. vna. col. 1. de concess. preb. ideo putauit hic aliqua quotidiana pro mandatorum elucidatione inferenda. Quot modis capiatur mandatum tradit Barb. in c. mandatum. nor. i. col. 2. de rescr. & quid differat à præcepto. Fel. & Decius in c. eam. re. illo tit. & quid sit mandatum principi. gl. in auth. de manda. prin. col. 3. in princ. Et quotuplex sit. Azo & doct. in eodem tit. C. & per Alber. in verbo, mandatum in dictio. Hic possem multa dicere de mandato, sed tantum prosequar materiam congruentem.

§. PRIMVS.

Quilibet Rom. Pont. potest semel grauare vnumqueque collatorem, decem beneficiorum, vel plurimum collationem habentem vno mandato si verò quinquaginta, & ultra habeat, duobus mandatis, tamen in ecclesia cathedrali vel collegiata non poterit in duabus prebendis grauari.

**S**tatuimus a & ordinamus quod quilibet b Romanus c pontifex

a **S**tatuimus) Hic titulus quadrifariam diuiditur. Primò præstituit numerum mandatorum ecclesiis Fræcie dirigendum. Secundò præcipit mandata dari sub forma inferius descripta. ibi, & vt obuietur. Tertio, referuat sibi papa præuentionem omnium & quorumcunque beneficiorum ibi declarantes, & c. Quarto, vult verum beneficiorum valorem exprimi debere, ibi statuimus, & de hoc verbo, statuimus dictum est in §. i. supra de colla. in i. gl.

De papa canonicè promotus.

b **Quilibet**) Canonicè promotus, alioqui anathemate cum suis authoribus, fautoribus, & sequacibus, à liminibus sanctæ dei ecclesiæ separatus abiiciatur sicut antechristus & inuasor, & destructor totius Christianitatis. *tex. in c. i. col. 3. dist. 23. quæ rex. dicit. sing. add. ad Pan. in proemio decretalium. Gregorius. & Pan. in c. licet. de ele. nu. n. Et alibi dicitur, Si quis pecunia, vel gratia humana, aut populari, seu militari tumultu, sine concordia, & canonica electione cardinalium fuerit apostolicæ sedi inthronizatus, non apostolicus, sed apostaticus habeatur, liceatq; cardinalibus illum maiorem anathematizare, & humano auxilio à sede apostolica pellere. c. si quis. 79. dist. ideo dicit Bal. in l. impetrata. no. i. C. sen. res. in. non posse quod princeps legitime electus est deus in terris, & maximè papa, sed non legitime electus est diabolus, & apostata, & non habet clauis cæli, sed inferni, sequitur Bar. in c. ne Rom. col. pen. de ele. Nec*

refragatur verbum quilibet, quia debet intelligi de habilitate in l. i. C. de sacros. eccl. & ibi addidi Alex. in l. i. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. & ideo tex. supra de ele. derog. dicit canonicè intrantium & ibi Ioan. Dayma declarat quando dicantur canonicè ingredi. & Fel. in e. ego. N. c. l. 2. de iureiur. per illon tex. c. Romanus pontifex) Etiam si habitaret extra urbem Romam, quia non loquar, sed dignitas hanc concedit gratiam, *arg. c. illud & c. multi. 40. dist. gl. in verbo, Romanus. in §. nos itaque extranea. lo. 22. rub. de præ. Et quod Romæ debeat habitare, concludit Oldr. cons. 85. sanctissime. & Alber. in supra scriptione epistole inter claras. C. de summa in dicit tamen tex. in c. legimus. 92. dist. quod ubi cunque fuerit episcopus, siue Romæ siue Eugubii, siue Constantinopoli, eiusdem meriti est, eiusdem & sacerdotii. ideo ego arbitrio suo relinquo, sicut Præpositus. in c. in nomine domini. 23. dist. in ista iudicis. l. i. §. de iure delib.*

Item dicitur textus, Romanus pontifex, quia plus quia alius à Papa non potest dare ius ad vacaturam. *c. nulla. de concess. præb. c. 2. de præb. data. in 6. nec ista mandata concedere etiam legatus, vel collegium cardinalium. c. de Romani. de ele. c. dilectus. i. de præb. gl. in c. si. eo. ii. in 6. & c. quantum. de reser. ill. lib. & sic Papatum hæc mandata concedere potest. Ino. in c. constitutus, col. 1. de reser. Pontifex enim princeps sacerdotum est, vel dicitur esse quasi via sequentium. Ipse summus sacerdos, ipse princeps maximus nuncupatur. Ipse enim est, cit. sacerdotes atq; Leuitas, Ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit: Ipse, quod vnusquisque tacere debet, ostendit. Antea autem pontifices & reges erant nam maiorum hæc consuetudo fuit, vt esset sacerdos, & pontifex. vnde pontifices Romani imperatores appellabantur. & sunt verba tex. in ca. ceteros. in c. pontifex. 21. dist. Hodie conuenit soli Papæ, etiam ex communi vsu loquendi. c. si Romanus pontifex. de præb. c. i. de constit. in 6. & ibi gl. & doct. tradunt, quibus vocetur nominibus. & Præpositus. in c. statuimus. 4. dist. Aliquando vocatur summus pontifex. c. inueni. h. sum.*

si summus. de sent. excommuni. Aliquando vocatur summus sacerdos, quod nomen cepit à Moyse. cap. sacrosancti. 42. dist. Et maior est autoritas Papæ, quam sanctorum. cap. de libellis. 20. dist. de hac potestate multa tradit Bald. in l. rescripta. col. 3. C. de precib. imper. offer. & Ollzan. in suo tractat. de potesta. Papæ. suntque alii multi tractatus de potestate Papæ, qui potestatem fufius explicant. ad eos si lubet, confugito. Sunt tamen quidam hæretici, qui nihil potestatem Papæ faciunt, cum ipsi nihil sint non videntes quod dictum est eidem, Tu vocaberis Cephas. & ipsis, Durum est vobis contra stimulum calcitrare, quia Papa est omnis super omnia. teste Bald. in cap. vno. col. 2. vers. pone quod præloxius qualiter domi. à feud. propriè priuer. & contra hos hæreticos, habetur Esaia 29. cap. & erit sicut pulvis tenuis multitudo ventillantium te, & sicut fauilla pertransiens multitudo eorum, qui contra te, videlicet Papam, præualuerunt.

semel a duntaxat tempore b  
sui pontificatus c

a. Semel. ) Dicitur Job. 33. Semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit. & sic Christi vicarius: ideo hic dicitur semel, & per hoc patet, quod prohibetur regnicolis petere secundum mandatū, nisi ut dicitur infra, quia semel & non sapius hic peti conceditur, ut in simili dicit text. in l. fin. §. sed quia quidam. C. de iure delib. nam eo quod prohibetur hic concedere, prohibetur etiam petere, quia prohibito vno de correlatiuis, censetur reliquū prohibitum. l. 1. & 2. C. de cupress. lib. in probatur in l. si. & ibi pulchrè las. C. de indic. i. diu. toll. Fel. in proemio decreta. inci. Gregorius. in princ. plensimè per Hippol. in l. si quis viduam ff. de questio. Si tamen peteretur mandatum secundum, & per importanitate Rom. Pontifex. concederet, non valeret, si dirigeretur habenti tantum collationem decem beneficiorum, propter illam clausulam decreti positam in rubr. de firma & irreuoca. concordat. stabili. infra. nec collatores ratione illius mandati conferre tene-

rentur isti mandatario. ut infra eo. dico in gloss. preferendos. intellige ut ibi dicitur: quia non dicitur hic quòd semel concedere possit vnum mandatū, sed semel tempore sui pontificatus literas mandati concedere potest, ut sequitur.

Nec posset super hoc Papa dispensare, ut supra dixi in præsa. ad rub. de col. nam ordo confunditur, quando sua iurisdic-tio sit, ut plurimè non seruatur. ca. peruen. t. n. q. n. & ra mandata dicitur. Meus namque est honor vniuersalis ecclesie, meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ergo honoratus sum, cum singulis quibusq; honor debitus non negatur. & quia ita conuentum est, contra quam conuentionem altera pars non dispensat, ut plene dixi supra tit. proximo, in præsa. Et de infinuacione literarum semel faciendā dicit tex. in §. præfarique graduati. supra tit. proximo. & plene dixi in tract. nom. q. 14. ibi, n. quotiens infinuatur, &c.

b. Tempore. ) Ergo quocunq; tempore, quia indefinita & qui pollet vniuersali. cap. ut circa. de ele. in 6. siue statim facta coronacione concesserit, siue post gloss. in l. n. in verbo, tempore solutionis. C. de solu. vbi exponit verbum tempore solutionis, id est, in ipsa solutione, vel parum ante vel post. Imò etiam concessum mandatū ante coronacionem valeret. tex. in extrava. vlt. de sent. excom. in communibus. licet de stylo ante coronacionem non soleant cōcedi, ut videtur concludere Fel. & recentior. in cap. eam. te col. 5. vers. 2. restringitur. de rescript. Vide Præpo. in cap. 1. col. 7. dist. 33. est tamen differentia, quia Papa ante coronacionem vitur bulla plumbea pro dimidia tantum parte sculpta. teste Bonifa. in cle. vna. §. porro. n. 27. de iure iur. & vix reciperetur sic in Francia, sed post coronacionem tota est sculpta, ut ibidem dicitur. Et sic concedet mandatū antequā cedat papatui. cap. 1. de venan. in 6. quod tam raram est, sicut avis Phoenix, vel antequam moriatur, quia mors soluit pontificatu quo ad illum. arg. §. deinceps. in aush. de nup. col. 4. & si vnum tantum mandatū in ingressu concesserit, alterum postea, quan-

docunque placuerit, per hoc verbum dare poterit, cum semper sit in tempore sui pontificatus ante mortem & cessionem, ut dixi.

Mandatum  
an per mor-  
tem Papae  
expiret.

*c. Sui pontificatus.*) Et sic tandiu potest concedere haec mandata, quandiu durat potestas pontificalis. Sed an eo mortuo, vel cessione facta expiret concessum? videtur quod sic per l. mandatum. C. mand. & §. reuel. inst. illo tit. vbi mandatum finitur morte mandatis re integra. Contrarium teneo in his mandatis apostolicis, per text. in c. si super gratia. de offi. deleg. in 6. vbi dicit non expirare, quando res non est integra, ut pote quia est collatus canonicatus, vel fulminatus processus. Sic tenuit gl. in §. tenui poluit. ver. visum. in verb. mandatum de col. in prag. Do. & alii in c. presenti de offi. leg. in 6. Anch. in cle. vlt. not. i. de rescript. Cum ergo in Francia semper cõferatur canonicatus secularibus, ut in forma mandati inferiore patet, & recipitur mandatarius, ergo in Francia mandata ista per mortem Papae non expirant. cap. vlt. de concess. preb. in 6. & c. si is cui. de preb. illo lib. & in regula cance. de zima. Sic tenent Domi. de rota decis. 285. si episcopus. & decis. 349. si Papa in nouis. Perus. in cap. si gratiose. i. not. de rescript. in 6. Et regula. 10. Paul. 3. Ista mandata à prædecessore confirmat.

Nota tamen, quod quando gratia est facta, quamuis non executata, cum quæsitum sit ius ad rem, vel saltem ius implorandi officium iudicis, vel executoris, non expirat morte concedentis, per not. in cap. si cui nulla. de preben. in 6. Lappus alleg. 17. an datio. gloss. in cap. veniens. de renunc. Bonif. in cle. gratie. col. i. de rescript. Felin. in cap. audientiam. 2. col. 7. vers. licet de rescript. vbi dicit quod expectans apostolicus tantam acquirit ius implorandi executores, ut mandatum exequantur: non verò obligationem. gloss. in cap. veniens. de renunc. Si tamen executor nolit exequi, non datur actio contra eum, sed puniendus est. allegat. Domi. & Ioan. And. in c. i. in princ. col. 2. de concess. preb. in 6.

Licet quidam docto. non satis practici

parum aduertentes ad stilum cancellarie, hodiernum putent mandata de providendo dici gratias faciendas, & non factas, cum per gratiam faciendam non quæritur ius in re, nec ad re, ut si Papa pro scholari mandet cuidam, ut promoueat eum ad gradum doctoratus, tunc re integranietur mandatum, cum non sit aliquid ius quæsitum scholari, secus in mandato, ut asserit Prouinciale. fol. 37. vers. prestantissime. facit quod notat Sede. cons. 78. casus est. Papa. Imo dicit Bald. in l. mandatum. col. 3. in 4. oppo. C. manda. quod si Papa in gratia mandet executori, ut eam exequetur, nõ finitur mandatum morte Papæ, licet secus esset si dirigeretur collatori tantum, & non mero executori. alleg. d. cap. si super gratia. [ Pan. in cap. cum ad hoc col. vlt. de iur. non residen. ]

Item per viam contractus est hic permissum Papæ, ut mandata concedere possit, quod debet intelligi cum effectu. l. i. f. quod quisque iuris. sed si mandata morte Papæ finirentur, non concederet cum effectu. imò Papæ autoritate circumscripti essent mandatarij, contra l. i. C. de his qui remiam etat. imper. & impetrantibus effens elusoria, contra l. si pretor. ff. de iudi. & res nummaria C. Romæ propter frequentem mandata. um impetrationem exhauriretur, ac in detrimentum regnicolarum cederet, contra ea que supra in proximo dicuntur. & ibid. ponderant. Item officium executorum gratiarum non expirat per mortem Papæ. Bald. in cap. reatum. de offic. deleg. ergo nec mandata, sine quibus non possunt consistere executores illorum, nec præceptum expirat per mortem, ut tenet gloss. in c. dudum. is. q. 2. Felin. & alii in c. eam te. de rescr.

Nec obstat verbum tempore hic positum, videlicet, ut suo tempore concedere possit, ergo extra suum tempus non, & sic finietur: quia respon. quod Papa potest suo tempore dare, non tamen hic text. dicit quod datum suo tempore finiat, sicut dicimus de spurio, qui potest à Papa tempore pontificatus legitimari, t. per venerabilem. & per tatum ut. qui filij sui legitimen

men non finitur legitimatio tempore Romani pontificis, nec per obitum illius, sic nec mandatum: facit decisio. Tho. East. in decis. rote. q. 23. cum seq. vide casus in quibus non finitur mandatum, etiam re integra per mortem mandatis, per Ias. & Dec. in l. eius. §. placebat. ff. scier. pet. & que addi. ad l. mandatum. C. mandat. Et quando dicatur res integra, declarat Guido Papæ, in decis. Delph. q. 491. prælat. & doctor. ubi supra: [Et anno 1380. die 16. Octobr. fuit dictum, quod omnes literæ impetratæ à Carolo v. inortuo exequenter sine aliis novis literis.

literas a

Scriptura quando requiratur de gratia Pope pro hula.

a Literas.) Et sic in mandatis apostolicis requiritur scriptura. c. executor. de concess. præb. in 6. cle. vlt. de rescrip. licet de iure ad effectum & essentiam gratiæ non requiratur, sed solo verbo Rom. pontif. gratia perficitur. c. inquisitionis. 25. q. 2. cle. dudum. §. fin. ubi, verbo seu scripto, de sepul. l. contrahitur. ff. de pign. Archid. & Ioan. Andr. in proemio sexti. col. pen. nam in lingua principis stat gratia, in scriptura testimonium, in executione commoditas. Bald. in cap. capitulum. col. pen. de rescrip. quia per collationem in spiritualibus ius acquiritur. cap. si ubi absent. de præb. lib. 6. c. si de concess. præb. eo libi de Rota decis. 882. in antiq. Fel. in cap. in nostra in fin. de rescrip. Fel. Dec. & alii in rubr. de constit. Barb. in proemio cle. §. quoniam. col. 15. & seq. Ias. conf. 145. beatissimo. col. 4. vers. 5. facti in 2. vol. Ideo si moriatur summus pontifex qui concessit gratiam, non leuatis bullis, poterit postea successor expedire bullas forma, rationi congruit, ut in regula cancella. 8. Bald. in l. humanum. in fin. C. de legibus. Bonifas. in proemio cle. col. 2. Et sic non expediuntur per successorem, gratia non est probata per illam signaturam. Decisio. Neapol. 253. duo. vide infra in forma manda. in verbo, gratiam.

Beverbo fat.

Item dispensatio, licet non reperiat per bullam, dummodo per Papam concessa fuerit valet, & sufficit quod dixerit fiat. nam statim perfecta est gratia, ut dicitur Gen. 1. c. Fiat lux, & facta est. Bald. in l. si.

C. de com. seruo manumiss. Sic consuluit de Ripa in lib. 2. Resp. cap. n. de iure, per iura supra allegata. nam verbum fiat, ut petitur licet possit de futuro intelligi, tamen frequentius accipitur de præsentis. Cal. in cap. quisquis reprobando. ubi gloss. de elect. sequitur Fel. in cap. eam te. col. 3. de rescrip. Reserunt moder. in d. rub. de constit. & d. decis. Neapolitan. 253. duo regii.

Idem istud beneficium verbo collatum, vel per signaturam, ante leuationem bullarum potest permutari cum alio. Inol. in cle. vna. coll. 5. num. 22. vers. quid si aliquis. de rerum permut. Aurio. in addit. ad Guillel. de monte Laudano in d. cap. si tibi absent. in fin. Et Probus in addit. ad Ioan. Monach. in cap. licet episcopus. ibidem de quo fui interrogatus in cancellaria quondam R. D. Legati de Prato. Sed non possunt permutari mandata cum aliis literis, nec e contrario, vel beneficium cum literis mandati apostolici. Felin. in cap. ad audientiam. 2. col. 7. vers. nota etiam de rescrip. per rationes ibidem positas. Item Antonius. & alii in cap. cum olim. & c. fin. de rer. permut. Ad hæc beneficium dicitur vacare per mortem illius, cui solo verbo fuit collatum, etiam si haberet tantum signaturam. Et si iste, cui facta collatio, moriatur extra curiam, dicitur etiam beneficium extra curiam, vacare, licet ante collationem illi factam in curia vacasset. Domi. de Rota decis. 882. noi. quod ubi, in antiq. Innoc. in cap. inter cetera. col. 2. de præben. Ioan. And. & alii in cap. si electo. de elect. in 6.

Beneficium ante leuatione bullarum potest permutari.

Ad probandam tamen gratiam requiritur scriptura. cap. porro. ubi, ex inspectione literas privilegiorum. de privileg. Ancho. in cap. ex batur. diligen. rit. in fin. de fin. Panorm. in cap. nostri. col. 1. & in cap. qualiter. noi. 1. de elect. Egidius de bella mera, decis. 6. licet capella. & conf. 34. col. 6. ubi dicit ita seruari per cle. 1. ubi, concessis super ea literis. de præben. Felin. & alii in rubr. de constit. nec potest probari gratia Papæ, nisi per literas, & hoc propter multa absurda, quæ sequerentur admitendo probationem per testes, apud quos difficillimū, & quasi impossibile esset scire omnē continentiam gratiæ, & omnē formalitatem.

litatem, licet non sit omnino impossibile. *verba sunt Card. in proemio. de. vers. nec sane.* Item in mandato principis. *text. in §. deinde. vers. si quis autem cui tale aliquid iussum est, veniat omnino. non respicias eum, nisi facerem nostram pragmaticam ostendat formam pro hoc scripturam. in athen. de mand. princ. coll. 3. & C. illo tit. l. vna gloss. in cap. cum à nobis. vbi plenè doct. de testib. Cyn. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in fin. de offi. procons. ff. lmo non crederetur etiam cardinali asserenti se dispensare ex concessione summi Pontificis eidem facta viue vocis oraculo, nisi literas ostendat. d. l. vna. & hoc est verum in præiudiciu alterius. gloss. in cap. sicut. de senten. excommu. secus si nulli esset præiudiciu. gloss. in cap. nobilissimus. 97. distinet. sic consuluit las. cons. 104. circa. col. 1. vol. 1.*

*Casus in quibus probatur gratia Papæ per testes.* Nisi ageretur de probanda qualitate, vt quia dicit se priorem in data, aut motu proprio mandatum concessum, vel ex certa scientia, siue agatur de alia coniectura, tunc poterit per testes probari. *glo. in cap. duobus. de rescrip. in 6. in verbo, si non appareat. & in c. si a sede. de præb. eod. lib. Rota decif. 332. hinc Romana. in nouis. text. in cap. auditis. & ibi Pan. 2. not. de in integr. resti. Idem si agatur de facultate danda alicui Cardinali, vel alteri executori acceptandi renunciationem. Old. cons. 324. factum, in c. fin.*

Secundo, fallit si mandatum, siue gratia fuerit perditam, quia tunc etiam poterit per testes probari. *Pan. in cap. ex diligenti. notat. de sumo. per text. sing. in l. resti. in fin. C. de resti. etiam si scriptura sit de substantia probationis, tamen actus probari per duos testes poterit, casum amissionis scripturæ probando, text. not. in cap. sicut. & ibi plenè prosequitur Fel. col. 1. cum seq. de re iud. Requiritur tamen quod testes de-*

*Testes deponentes de bullis, vel scriptura quales esse debeant.* ponentes cognoscant vitium bullarum, & deponant se vidisse dictas bullas integras, non habentes defectum, nec vitium. *c. cum olim. de priuile. Et quod testes sic deponentes sint experti, & periti, vt non possint in his bullis, vel instrumentis facile decipi. Bart. in l. 1. col. pen. ff. si cert. per. & in athen. si quis in aliquo. col. 2. C. de eden. & l. sicut. de fid.*

*instr. Alexa. cons. 196. viso testu. col. 2. u. 9. m. 2. vol. Deci. cons. 82. viso. col. vlt. & cons. 211. in causa. col. 1. plenè tradit Hippol. in rub. de prob. fol. 49. vers. circa secundum casum. & requiritur talis peritia in illis testibus, vt possint dignoscere requisita ad bullas bonas, vel ad aliud instrumentum, super quo deponunt. Bart. in l. 2. §. 1. in fin. ff. de iure hie. plenè Purpura in l. 1. num. 151. cum seq. ff. si cert. per. vbi tradit quinque declarationes, quas ibidem cernere licet.*

Tertio limita, quando dubitaretur de intentione Papæ, tunc enim poterit fieri probatio aliter, quam in literis continetur, & sic per testes. *c. susceptum. ibi, nisi de intentione mandantis aliquid apparet expressè. de rescrip. in 6. & illum text. ad hoc ponderat Perus. ibi, sed potest intelligi expressè apparere, quando in literis hoc est expressum, & sic quando literis probatur. cle. vlt. de rescri. in gl.*

\* Quarto, in foro conscientie potest quis vti gratia, etiam sine literis. *Abbas in cle. dudum. in fin. de sepult. vtr. refer. Fel. in rub. de constitu. col. 4. [ & in consil. 6. rrom domi. ]*

[ Quinto, si agatur, de tenore gratie, poterit per testes probari, vt in cap. cum olim. de priuile. l. sicut. C. de fide. instr. vbi Bart. & alii. ]

Vltimo, fallit in collatione inferioris, quæ per testes potest probari, hoc tenet Bald. *in l. si qua. col. 2. vers. deinde. C. de sacrosanct. ecel. licet distinguat. in c. 2. de resti. in spol. [ Ex in simplicibus beneficiis habere locum. dicit Bald. in rub. de rescri. cola. secus in dignitatibus, quæ non probantur, nisi per sacros apices. l. probatorias. C. de diuif. offic. lib. 12. l. vna. C. de mand. prin. & idem in magno beneficio, vt eius collatio non possit probari per testes, vt falsitas euitetur. & arg. matrimonii, quod recipitur. in cap. inter corporalia. de translat. episc. probat. auct. maximis. C. de nupt. [ Albert. in l. nec quicquam. §. vbi in fin. ff. de offic. procons. ] hoc tamen non inuenire prohibetur, etiam in maximis beneficiis si allegaretur litere factæ & perditæ, vel alia iusta causa impediens literas confici. l. resti. in fi. C. de resti. & vbi.*

whicunque esse rei precedit esse scripturae, tunc sit scriptura ad probationem, sed ubi esse scripturae precedit esse rei, vel simul concurrunt, tunc scriptura est de substantia, verba sunt Bal. in c. a. col. vi. de offi. deleg. per no. in l. contraclus. C. de fid. instr.

si diversis  
an possit  
mandatum  
scribi.

Quaero, an gratia Papae si scribatur a diversis, valeat. Videtur quod sic, tum quod non reperitur prohibitum, tum etiam, quia tota bulla potest scribi per alium, ut continetur in stilo curiae Romanae, ubi quilibet scriptor potest habere unum clericum, qui scribat pro eo, ergo & dimidiam partem, vel aliquam, per l. que de tota. ff. de rei vendi. cap. pastoralis. §. item cum totum de offic. deleg. Contrarium habet stilus, videlicet ut non possit scribi pars per alium, dempto nomine pontificis, Clemen. & c. Paulus, & c. Ita tenet Corn. cons. 182. videtur in 4. vol. & hic stilus est seruandus. c. ex licet. de const. Card. in 2. licet. de crimin. falsi. si tamen prima linea usque ad verbum vitae, & c. scriberetur ut affolet literis longis per unum, & totum mandatum per alium, non minus valeret, ut videmus quotidie fieri, & hoc seruatur de stylo curiae Rom.

De multi-  
plex forma  
mandatum  
Papae.

in forma mandati a, iuxta formam inferius annotatam

a *In forma mandati* Quamvis multiplex reperitur forma de iure antiquo, non tamen erat aliqua certa. Anch. in cle. vna. col. 1. de concess. preb. Ideo Galli homines in incerto vagabantur, quare inferius fuit illis praestituta certa forma, ut sequitur immediate post istum titulum. quamvis aliqua in loco ab isto titulo remoto, & ibidem nil ad alios titulos proximos faciente loquantur: sed nos infecuti iurisconsult. doctrinam. in l. 2. ff. de statu hom. proximos coniunctosque applicauimus titulos, prout res patitur, ut infra videre est.

Olim inter alias formas vna erat, de qua in c. capitulum. de rescr. & dixi supra eo. in rub. huius tit. Alia quando simpliciter mandabatur collatori sine executore, ut prouideret de beneficio, si collator alteri conferbat, valebat collatio. c. dilectus. 2. de preb. sed puniebatur, ut ibi.

Alia forma erat, nam quandoque mandabatur conferri beneficium, & praecipiebatur non dato executore, & sine clausula decreti, & beneficium non erat mandatario affectum. c. eam te. de rescr. e. si soli. de concess. preb. in 6.

De clausula decreti.

Alia forma habebat decretum irritans, & afficiebatur beneficium, nec valebat collatio alteri facta. c. dilectus. de preb. not. in ca. si eo tempore. de elect. in 6. la. in l. non dubium. nor. 8. col. 4. C. de legi. Fel. in c. ceterum. col. ii. de rescr. & c. cum accessissent. nu. 7. de consti. Barba. clem. 1. col. 9. de elect. Tamen non debet apponi in Francia, ut licet videre in forma mandati, & si apponeretur, non valeret mandatum: quia esset contra formam infra scriptam, & contra ordinem regi. rub. des mandatz. ar. 1. quia Galli suapte natura sunt liberales, idcirco nolunt compelli, & tantum alitringi per hanc clausulam decreti, cum sine ea voluntatem Papae exequantur. Et quia clausula decreti est descripta infra, in rub. de firma & irrevocabili concord. stabilita. §. 1.

Alia erat forma in qua dabatur executor ad compellendum collatorem conferre mandatario. c. abbatem. de rescr. Et haec forma non afficiebat beneficium ante executoris inhibitionem, vel nisi collatus esset canonicatus. cap. si postquam. & c. dudum. de preb. in 6. Et ideo tres formae erant: vna in qua mandabatur, ut compelleret ordinarium, quod adimpleret mandatum Papae. Altera qua scribebatur executori, ut compelleret cum decreto, & aliquando sine, & aliquando scribebatur in forma, facias assignari, de qua nota in c. pro illorum. de preb. Perus. in d. c. si soli. gl. in c. si capitulo. ibidem. & in verbo, dirigendum. §. item placuit. vers. visum. de colla. in pr. 3.

Forma ad compellendum executorem.

Alia est quando mandabatur executori, ut in negligentiam, vel in recusationem ordinarii prouideat, ut hodie habemus infra hanc formam, & tunc prius requiri debet ordinarius, demum executor. c. si capitulo. de concess. preben. in 6. ibi, capitulo negligente: quia non potest dici negligens, vel recusans, si non requiratur, ut infra dicitur: & per praesentationem afficitur beneficium vacaturum d. c. si capitulo.

Aliquando dabatur cum clausula, quod duxerit acceptandum, sine determinatione temporis, *vt in c. i. de concess. preb. & li. 6. gl. in d. verbo, dirigendum, supra allegata, sed non recipitur in Francia mandatum sub hac forma.*

Alia, dabat tempus certum, videlicet vnum mensem ad acceptandum. *de vna. de concess. preb.* Et hæc est reprobata, & duæ præcedentes in hoc regno, per leges regni. *eo. tit. art. 1.* quia magis induceret votum captandæ mortis in habente pingue beneficium, quam in alio, & dari posset materia delinquendi in istum possidentem beneficium magni valoris, quia communius homines affectant beneficia magni valoris, etiam literati. *c. i. de preb. in 6. & dico in forma mandati, in verbo, post mensem.*

De clausula anteferri.

Alia forma concedebatur cum clausula anteferri, *& de hac incipit de preb. in 6. & ista quia reservationem continet, non admittitur in Francia, de ea tandem Rotam, dec. 640. si aliquis, in antiq. Felin. in c. causam. col. 13. & c. capitulum. col. 7. de rescrip. & in addit ad Ioan. Monach. in c. eum cui. de preb. in 6. & gl. in verbo, retroactiua. in §. visum. de coll. in prag. Et Regid. de Belxamera, cons. 33. quod si. col. 7. conclu. 7. quid si secundas habeat clausulam anteferri, & tertius habeat similem clausulam, an debeat primo præferri: quod non, ibi concludit per illam regulam quæ ponitur in aub. quas alio. C. de sacros. eccl. quod priuilegiatus contra priuilegiatum non vitur priuilegio.*

Alia forma habebat clausulam, si pro alio non scripserimus. *c. mandatum. de rescrip. c. literis. ibidem, vt in forma seq. habetur, & approbatur per leges regni, vt eo. tit. patet in ordina. regis.*

Aliquando mandatur prouideri siis pro quo mandabatur, fuerit repertus idoneus, vel sub alia conditione. *de quibus in c. vna. & ibi gl. de offi. deleg. Fel. lacè in si. de præsumpt. & hæc non versatur in curiis Franciæ.*

Alia est forma in qua creabatur canonicus, & sibi mandabatur prouideri de præbenda, *vt in c. duobus. de rescrip. in 6. & istud receptum est in his concordatis, vt patet infra in forma mandati apostolici, & dixi su-*

*pra in rubrica de reservatio. §. fin.*

Alia forma volebat prouideri ad certum valorem. *c. quamvis. i. de preb. in 6.* Alia valorem non exprimebat, *vt ibi: sed ex formæ non visunt regni curias nisi in nominationibus datis consiliariis.*

Alia exprimebat certam præbendam, vt sacerdotalem, vel integram, seu dimidiam, vel aliud beneficium. *c. cui de non sacerdotali. & c. ei cui. de preb. in 6.* Alia nõ. Et de quilibet multa dicerem si viles essent, sed cū tantum habeamus vnam, illam discutiam infra, aliis hic breui declaratis. Et nota quod quandoq; scribebatur pro certa persona & certo beneficio. *c. ex parte. i. de offi. deleg. Aliquãdo pro certa persona, & incerto beneficio. c. mandatum. de preb. in 6.* Aliquãdo scribebatur pro certo beneficio, & incerta persona. *c. si vis cui. de preben. in 6.* Aliquãdo pro incerto beneficio, & incerta persona, *c. quamvis. i. & c. dudum. de preb. in 6. lo. Vauquel. in d. c. mandato. post Anob. & alios.*

Alia forma habebat clausulam motu proprio, *de qua in c. si motu proprio. de preb. in 6. & hodie recipitur, etiam in Francia, vt infra dicitur in forma mandati.*

Alia forma dabatur pauperibus clericis. *c. si pauper. de preb. in 6.* Aliæque multo plures inueniuntur formæ, quas tradunt Ioan. And. Perus. & alij in c. si soli. de concess. preb. in 6. Et istæ formæ olim inuit vestimentorum Franciæ & Prothei mutabantur, quare Galli homines longo tempore in incerto fuerunt, tunc successit ista forma illis data, quæ reservanda est, *vt infra dicam, tanquam pupilla oculi, & aliam Galli non quærant, & videtur conuenire ordin. regis. rub. des mandatz. artic. 1.* Ideo alias de industria missas facio, tanquam non vis venientes in hoc Franciæ regno, sed exteri videant. *Perus. in d. c. si soli. col. 1. alias formas executorum tradentem. Et nouissimi lo. Staphil. in tractatu. de literis gratiæ, scribit plene decem executorum formas, quas transcribit D. Gomef. in tract. mand. de prouid. Et formas mandatorum D. Staphil. etiam ibidem, rub. de mandaro. de prouidendo. fol. 31. cum seq. docet. & sicut Gallina congregat pullos suos sub alas, vt dicitur in Euangelio, & gl. citat in l. 3. de in iure.*

in integr. rest. ita forma inferius posita multas formas continet. & congregat, ut liquido intueri potest. vide glo. in verbo gratiam. in forma mand. Apost. infra.

dare a possit, hoc modo videlicet

**a Dare possit** ) Non tenetur, si nolit, cum verbum possit voluntatem significet. *l. sepe. ff. de offi. presid. Bart. in l. Gallus. de lib. & possib.* Et hoc eidem à iure est concessum in signum vniuersalis obedientiæ, & recognitionis, videlicet ut vnaquæque ecclesia pastorem suum de nouo venientem recognoscat, sicut dicitur in *Euangelio*: Cognosce oves meas, & cognoscunt me meæ. & sicut quidam episcopi pro iucundo aduentu ponunt vnum canonicum in ecclesia. *Rota, decis. 35. nota quod vbi episcopus in antiq. & valet illa consuetudo, etiam si numerus sit taxatus & iuratus, si præbendæ non sint distinctæ. Felin. in cap. constitutus. colom. penultim. de rescriptis.* Etiam rex Franciæ in aliquibus regni ecclesiis pro suo primo ingressu dat vnum canonicatum, multo fortius Papa in ecclesiis poterit hæc mandata concedere.

**Mandata quibus cõcedi possunt.**  
**Quibus possit Papa dare hæc mandata,** hic non exprimitur. Tamen respondetur, quod petentibus idoneis, cum erga illos sedes apostolica se ostendat liberalem. *c. sedes. de rescriptis.* & inuito, vel non petenti non solet dari beneficium. *regula, in iuro. ff. de reg. iur. siue sint graduati, siue non,* cum hic non exprimat, quid si sit concessum nõ idoneis, an teneatur eidem ordinarius, cui diriguntur mandata, providere? *Panorm. Felin. & alij in c. si quando. & c. cum adeo. de rescriptis. & idem Fel. inc. inquisitioni. de senten. excomm. & per Auspre. in decis. Tholo. q. 488.* Item an sit parendum? vbi concludunt quod sic, quando Papa poterat dispensare super illo crimine cum mandatario indigno. & constat Papam hoc voluisse, utpote, quia in mandato expressit inhabilitatem, ut pro parte talis N. nati ex sacerdote & moniali, & c. ita tenet *Ant. de Bur. in proce. decret. Greg. col. 4. vers. nunquid autem. eo. num. 31.* Sed quid si minori dispensato super ætate, sit datum

mandatum, an curatum possit acceptare? dicerem quod sic, quia est idoneus per dispensationem, ut dixi supra in §. prefati. in gl. idoneis. supra de colla. nec potest adscribi vlla subreptio, cum mandatum motu proprio sit concessum, & in eo Papa habeat pro expressis dispensationes, nec refragatur. *c. si eo tempore. de rescriptis. in 6.* quia ibi non habebat dispensationem, ut videre licet ibid. Item regulari professo debet concedi mandatum, alij non ad beneficia regularia. *in ord. regis. eo. iii. art. 6.* & quæ ætas requiratur ad impetrandum mandata, vide quæ dico infra. in tract. de paci. post limita. 4.

**Vnum a collatorem**

**a Vnum.** ) Intellige vnumquenq; collatorem habentem collationem decem beneficiorum in vno grauari posse, ut sequitur. Et non est intelligendus hic text. quod vnus collator tantum possit in Francia grauari, ut quidam sentiebant per istud verbum vnum: sed debet intelligi vnumquenque, ut sentit ordin. regia. *eo. titu. art. 1. in princ. ibi, à chacun collateur.* etiam capitula ecclesiarum grauari possunt, ut scripsi in §. prefati que ordinarij. in glosa quicung. de colla. supra.

**Quibus possint dirigi mandata.**

Intellige collatorem ecclesiasticum, nam laicum non intendit Papa grauare per mandata. *c. cum dilectus. de iur. patr. gl. & doc. in c. 2. de præb. in 6.* Et idem si competeret ius conferendi clerico simul cū laico, tunc clericus propter laicum, etiam si habeant collationes decem beneficiorum coniunctim, grauari non poterit. *argu. l. si communem. ff. quemad. serui. amit. gl. in c. n. de iure patr. in 6.* ideo non valet mandatum directum laico, vel clerico haberi collationem simul cum laico, si separatim non habeat decem. Et sic patet quibus dirigi possint mandata, videlicet omnibus clericis habentibus collationem decem beneficiorum ad minimum. Alia vide in tracta. nomina q. 8. Si ergo collatio decem beneficiorum spectet ad duos clericos coniunctim, mandatum illis simul poterit dirigi, quod de vno statuitur, & in duobus locum habet. *l. singular. in fi. ff. de*

Forma mandatorum quibus cõcedi possunt.

Minori dispensato an possit ratione mandati providere.

cer. per. nec obstat hoc verbum vnum, quia indefinitè ponitur, *ut dixi.*

*Successor  
collatoris  
non ab eodè  
Papa gra-  
uari possit.*

Item pro hoc verbū vnum videtur, quod postquam Papa grauaerit vnum collatorem, quod eo mortuo successorem illius grauare non possit: tum quia defunctus & hæres vna censentur persona. *tex. in aush. de iureiur. à morien. prestro. colla. 4.* tum quia semel summus Pontifex has mandati literas cōcedit suo tempore in vnum collatorem per istum *tex.* alioqui bis concederet, quod non admitteretur, ad hæc idem episcopo. Parisiensis, est is, qui est hodie, sicut erat prædecessor. *arg. c. quoniam. abbas. de offi. deleg. l. proponebatur. ff. de iud.* Et idem collator est, simul quod vna est ecclesia Paris. & non plures, ergo nō poterit pluries grauari. Et per ista quidam affirmabant ista esse.

In contrarium tamen concludo, quia vnusquisque collator habens collationem decem beneficiorum potest grauari, sed iste successor est vnus collator decem beneficiorum. Et non est grauatus: ergo poterit grauari.

Nec debemus hoc est restringere, quia plenaria beneficiorum dispositio est apud Papam. *c. 2. de præb. in 6.* Sed voluit se per viā legis & contractus hic restringere ad duo mandata in quemlibet collatorem, ergo quilibet collator grauari poterit. Nec summus Pontifex ex sua liberalitate, per quē se restrinxit, debet damnū pati, sicut nec donans. *l. diuis. ff. de reg. iur.*

Non refragatur quod hæres censeatur eadem persona cum defuncto. Fac esse. Sed hic non dicitur hæres defuncti, & nil habet à defuncto, quia beneficia iure consanguinitatis, vel hæreditario, non deferuntur. *c. de præb.* Sed à collatore ius habetur. *c. de reg. in 6.* Et sic in prophanis loquitur, illa regula hæres censetur vna persona cum defuncto. Secus quō ad hoc in beneficiis ecclesiasticis. Nec bis videtur concedere cum diuersi sint collatores, & vnusquisque grauari potest etiam si in vita Papæ decem fuissent collatores, quia singuli grauari poterunt. *in his.*

Nec obest quod successor, in dignitate videatur vnus cum prædecessore, & ad

eum transt causa incepta. *d. ea. quoniam. de offi. deleg.* Respondeo, licet videatur eadem dignitas, non est tamen idem collator numero. Et iste *tex.* dicit quod vnusquisque collator grauari possit: quod non fieret, si prædecessor consideraretur, nec acciperetur distributiue, *ut per gl. in l. Moschos. ff. de iure. ff.* Etiam hic *tex.* inferius dicit pro tempore, vnde quilibet collator suo tempore, grauari poterit. Alioqui nunquam vsq; ad magnum iudicium concederentur, nisi duo mandata in ecclesia Paris. & aliis, quia semper allegaretur prædecessorem fuisse grauatū.

Et sic concludo eundem Papam concedere posse duo mandata, vel vnum in quolibet collatorem, quāvis prædecessor fuerit grauatus duobus, vel vno, pro quantitate beneficiorum. [Etiam si primo mandatario non sit prouisum, quia hic *tex.* non distinguit, sed vnusquisque collator grauari potest à quolibet Papa, ergo vnus collator prouiderit mandatario prædecessoris, siue non, & primi mandatarij præferentur secundis per *c. eum cui. de præb. in 6.* & postea prouidebitur mandatariis noui summi pontificis, etiam si secundi haberent clausulam anteferri, *de qua in cap. de præb. in 6.* quæ non prodest in Francia, nisi ad annullandum mandatum, eo quod non est secundum formam inferius scriptam quando habet illam clausulam. ] Ideo illa clausula anteferri omnino nullum reddit mandatum, *ut superius scriptum fuit gl. in form. ubi alias conscripsi formas, ibi eas video.* [Quid si collationes fuere resignanti abbati reseruata, an grauari hic resignans iterū possit, dicere posse, quia nunc nouo iure cōfert. *c. 2. de renunc. etiā per renunciationē, & iure, & possessione priuatus fuit. c. inter. ubi gl. & doc. de præb.* alioqui fieri posset fraus his mandatariis, & interdum vnus resignatarius nunquam grauaretur, si forte resignans tantum viueret quātum resignatarius, etiam Papa reseruando collationes isti resignanti censeretur eas reseruasse sine præiudicio alicuius. *c. quamuis. de res. in 6.* alioqui esset præiudicium mandatariis & nominatis, ergo eis non præiudicatur.]  
habentem

habentem a collationem b decē  
 a *Habentem*. Vere, non per fictionē,  
 quia tunc non dicitur habere, qui vere nō  
 habet. qui a tione habet. ff. de reg. iur. l. cum  
 emancipatus. §. ff. de bo. poss. contra tab. Bar. in l.  
 Centurio. in fi. de vulg. gl. §. Bar. in l. nemo. ff. de  
 in iure. rest. Vide Bal. in l. ff. de statu hom. idēo  
 si collator haberet collationem nouem  
 beneficiorum verē, & actionem ad colla-  
 tionem decimi, non habebit locū iste text.  
 vt possit grauari vno mādato, quod est no.  
 Vide rex. §. ibi doc. in l. stipulatio ista. §. habere.  
 ff. de verb. obl. §. que scripsi in l. ad apud. de verb.  
 sig. & l. nomen. §. in. ibi. vbi habere est cum  
 effectu, quem effectum non habet litigās,  
 licet actionem habeat, Bal. in ca. dudum. 2. in  
 fin. de elect.

b *Collationem*. Idem si presentatio-  
 nem vel aliam prouisionem haberet, quia  
 verbum collatio generaliter accipitur, vt  
 in rub. vt ecel. benef. sine diminut. confer. dixi su-  
 pra. in. §. statim. 2. in gl. §. conferan-  
 tur. Et patet infra in forma mandati gl. in pr. §.  
 in verbo, collationem. in §. uen. voluit. ver. vi-  
 sum. tex. §. ibi doct. in c. present. circa fin. §. e.  
 seq. de offi. leg. in 6. Et late sumpto vocabulo,  
 presentatio dicitur collatio. Bar. in c. abba-  
 tem. col. pen. de reser. Et ista quæstio etiam de-  
 ciditur in ordin. regia. artic. 1. vbi exprimi-  
 tur nominatio, presentatio, collatio, seu  
 quæuis alia dispositio, vt ibidem cernere  
 est, & in forma mandati infra ista omnia  
 exprimuntur. Institutio tamen non com-  
 prenditur, vt hic vt infra dico in verb. quin-  
 quaginta.

Denarius  
 numerus  
 dicitur  
 perfectus.

c *Decem*. Hic numerus denarius est  
 perfectus, quia est complementum & per-  
 fectio numerorum: nam vsque ad illum  
 possunt numeri crescere, postquam verō  
 denarium attigerint, duplicari quidem  
 possunt, & per denarii adiunctionem, vel  
 multiplicationem augeri: ideo per dena-  
 rii numeri intelligitur in sacra Scriptura  
 complementū legis diuinæ, quæ in decem  
 mandatis consistit, vt not. Theol. in pres. ad  
 Psalterium Pet. Beroch. in. par. sui dictionariis  
 & Celsus lib. antiq. lectio. 12. c. 14. & licet olim  
 Papa grauare posset habentem collationē

duoram beneficiorum in vno mandato, vt  
 not. in c. mandatum. de reser. tamen si non ha-  
 bebat, nisi vnius collationē, in eo grauare  
 non erat solitus. Nic. Mil. in reper. in verb. gra-  
 tia. q. 48. Fel. in c. in nostra. cor. rel. 24. de reser. Ho-  
 die verō instar Dei optimi maximi retinu-  
 it sibi collationē decimæ partis, si decē sint  
 beneficia: si quinquaginta vel plura, duo-  
 rum, & istud fuit statutū in concilio Basil.  
 vt patet in tit. de coll. in §. non tamen intendit. in  
 prag. sanct. §. §. item voluit, ibidem. & demum  
 fuit hoc à Papa approbatum.

Quid si quis habeat collationem quinq; *Cumula-*  
 dignitatum tantum, & collationem vel *tio dignita-*  
 presentationem quinque beneficiorum *tum & be-*  
 curatorum, vel aliorum, an possit grauari *neficiorum*  
 in altero? Videtur quod non, per l. si idem cu *an possit*  
 eodem ff. de iur. s. dom. iud. vbi non debet fieri *fieri.*  
 cumulatio in odiosis, sed istud videtur o-  
 diosum, quia grauantur ordinarii collato-  
 res, ergo non fiet coaceruatio. facit l. vbi si-  
 detur. §. ibi Bar. ff. de solu. Alex. cons. no. in 4.  
 vol. Contrarium teneo per hunc tex. vt ten-  
 tem verbo, beneficiorum, quod etiam cō-  
 prehendit dignitates gl. in ole audio. de reser.  
 vt dixi supra in §. voluit. tit. proximo. in ver-  
 bis, beneficia. & quia coaceruatio in fauora-  
 bilibus fieri potest, secus in odiosis, vt in iu-  
 ribus contrarius. l. si plures. §. l. maiorem. ff. de  
 pact. e. apostolica. §. ibi Imol. de donat. Bartol. §.  
 alii in d. l. fin. idem Fel. in c. 2. colum. penul. ver. f.  
 o. in c. l. de prob. Alex. cons. 133. viso themate. in  
 5. vol. quod est duplicatum in 6. vol. cons. 97. Sed  
 hoc est fauorabile, tum quia seruatur pro-  
 prium Roma. Pontificis, & conseruatio  
 proprii dicitur fauorabilis. l. sancimus. §. si  
 quis autem. C. de dona. tum etiam quia agitur  
 de conseruanda potestate Papæ: & quādo *Conserua-*  
 agitur de conseruanda iurisdictione prin- *tio iurisdic-*  
 cipis, etiam si derogetur iurisdictioni infe- *tionis*  
 rioris, sicut hic, tamē illa conseruatio dici- *principis*  
 tur fauorabilis. l. si qui separauit. §. 1. & seq. ff. est fauora- *bilis.*  
 de appell. Docto. in d. l. si idem. vbi multa refe- *rum.*

Quod facit ad auditores castelleti, qui  
 non possunt cognoscere vltra summam  
 viginti librarum, tamen de multis summis  
 coadunatis excedentibus possunt. Ego  
 contentus ero legem tantum regni addu-

*Beneficia  
extra re-  
gnum an co-  
piscantur  
in numero  
taxato.*

gere, *ordina. reg. eo. tit. art. 4.* vbi expressè de-  
eiditur hæc questio, ideo amplius Gallis  
non est dubitandum. Intellige collatorem  
grauari posse, siue habeat in regno benefi-  
cia, siue extra: siue partim in regno, par-  
tim extra, quia Papa vbiq; grauare potest  
*c. 2. de preb. in 6.* Et hoc onus mandati respi-  
cit totum episcopatum. Ideo si primò vacet in  
regno, acceptabitur illud, quod in regno  
prius vacauit, si mandatarius sit idoneus  
ad regni beneficia: si extra vacet, debetur  
etiam illud mandatario habili, quia onus  
respicit totam patrimoniu. *l. si fideico. §. 1. ff.  
de iud. vbi si mercator est implicitus debitis  
contractis in certo loco, illa debita non re-  
spiciant bona illius loci tantum, sed totum pa-  
trimonium mercatoris. Vnde si bona illius  
loci non sufficiant, bona alibi sita vèdi po-  
terunt, quia personalis obligatio fundum  
non sequitur. l. 1. §. si heres ff. ad Treb.*

*Beneficia  
extra re-  
gnum co-  
prehendun-  
tur in no-  
minationibus.*

In nominationibus secus est, quæ non  
possunt grauare extra regnum, ideo non  
possunt dirigi episcopo habenti tantum duo  
beneficia in regno, cum tantum regni be-  
neficia respiciant, ut dixi in tracta. nomina. q.  
15. vers. 23. facit quod not. Ioan. de Selua. in tracta.  
de beneficio. in 3. parte. q. 66. quod est no-  
tandum, quia sapius à me fuit petum. Si  
verò vnum tantum haberet in regno, &  
nouem extra regnum, non posset dirigi  
mandatum tali episcopo ad regni benefi-  
cia, quia in illo est monoculum, nam vbi  
genus non potest verificari, nisi in vna spe-  
cie habetur pro specie. *l. 2. ff. de liber. & posth.  
& not. in c. quoniam abbas, §. c. ex parte. de offic.  
deleg. Roc. Curtius. in tract. iur. patro. in verb. ipse  
vel is. q. 23. & quia haberet vim reseruatio-  
nis, & votum captandæ mortis / maximè in  
Francia exosum / induceret. ca. 2 & 3. de con-  
cess. preb. in 6. & sicut est inutilis impetratio  
beneficio viuentis. cap. a. de concess. preb. ita &  
istius impetratio mandati ad vnum solū,  
& sic iudicauit Papa Clemens IV. in facto  
prapositionis B. Mariæ de Brugis contra  
impetrantem in genere dignitatem. ibi,  
cum vna sola esset. sic etiam declarauit Bo-  
nifacius, teste Ioan. Monach. in c. in generali. col.  
3. de reg. iur. in 6. Et sic fuit declaratum per  
regem anno 1527. die 29. Martii, non valere*

*Mandatum  
ad dignita-  
tes tantum  
non valet.*

mandata impetrata ad dignitates tantum,  
aut ad dignitates & prebendas, si omitta-  
tur aliquod verbum infra positum in for-  
ma mandati, etiam si omitteretur verbum  
capellania, propter votum captandæ mor-  
tis, & per alias ibidem rationes descriptas.  
Valeret tamen, si simpliciter impetretur,  
cum Papa vbiq; grauare possit, ut per  
Fel. in c. in nostra. cor. 24. de refer. Et superius  
dictum est.

Quid si habeat collationem decem be-  
neficiorum cum alio? an dirigendo man-  
datum vni tantum, comprehendantur ista  
beneficia? Breui resp. quod non, per text. in  
c. cum in illis. §. si de preb. in 6. Nam hæc dicitur  
ille contra quem non est impetratum,  
quod est æquitati contrarium, quia quod  
commune est, vnum non est proprium in-  
diosis. *l. illud ff. de ritu nup. c. expedit. 2. q. 1. §. 1.  
sicut hi. 47. distinct. vbi dicitur, nemo dicat  
proprium quod est commune, intelligit  
dicitur in l. serui electi. §. 1. ff. de legat. & vni  
propter alium grauari non debet. arg. l. si  
communem ff. quoniam ad. serui. am. Multa ibi  
congesti, quæ de industria omitto. Vnde su-  
pra in gloss. vnum. Si verò spectaret collatio  
ad abbatem cum consensu vel consilio ca-  
pituli, tunc etiam poterit abbatii soli dirigi  
mandati. cap. vno. §. 1. & seq. ne sit vacans. in  
6. & hoc mandatum directum est, eundem  
adstringit ad conferendum, quia sufficit  
impetranti exprimere collatorem, licet  
cum consensu vel consilio cõferat, quam-  
uis hoc non exprimat. Ioan. Andr. & Do-  
mi. in d. c. cum illis. §. fin. de prebend. Sequitur  
Fel. in cap. eam te. colum. 14. vers. si Papa. ibi,  
preterea. de rescrip. non tamen sufficeret  
exprimere in mandato illum, de cuius  
consensu haberet conferre, vel presenta-  
re, quia non grauatur principalis. Collecta  
in cap. nisi essent. colum. 2. de preb. Idem in no-  
minationibus declarat Maleret. in tract. de  
elect. quest. 12. fol. 79. & quest. seq. quod quan-  
do requiritur consensus duorum, & illi  
ad inuicem discrepant, quod ad superio-  
rem deuoluatur. *l. 1. §. 1. ibi Bartol. ff. de re iur.  
impicien. extr. in l. 3. in fin. Cod. finium regum.  
Fel. in cap. proposuisti. colu. 3. de prob. vers. 1.  
conclusio.**

*henc*

beneficiorum a in vno: habentem autem collationem quinquaginta b beneficiorum, & ultra in a *Beneficiorum*) Ecclesiasticorum, nam officia quae laicis dari consueverunt, non debentur mandataris clericis, nempe cum Papa mandat prouideri clerico, intelligitur mandare prouideri de beneficio vel officio ecclesiastico. *ca. cum adeo. de rescrip.* Quia verba mandati debent intelligi secundum qualitatem personae, cui dantur. *l. plenius. §. Equitii. ff. de vsu & habita. Corset. in singulari incipit. conditio persone. Vide que dico comprehensa. §. declarantes. infra eod. & comprehenduntur sub hoc verbo dignitates, & quaecunque alia beneficia. per gl. in re. de reg. in 6. v. superius susus scripsi.*

b *Quinquaginta* Si vero haberet minus, etiam si haberet tantum quadraginta nouem, non posset in duobus grauari, vel si solum nouem, non posset in vno, quia hic numerus statuitur, oportet ergo quod sit completus, sicut dicitur de testib. in testamento requisitis, vt si 6. testes sint, non valeat testamentum, nisi 7. de iure requisiti interueniant. *l. haec consulti sumus. C. de test. & non datur annus iubilaeus, si non sint quinquaginta anni completi. extrauag. vniuersus. de pen. & remis. de communibus. sic non mandabit Papa pro duobus, si non sint quinquaginta beneficia, vel ultra: & tenebitur hic secundus mandataris, qui fundat se in numero, illum numerum probare. arg. l. a. stor. C. de prob. & l. eum actum. ff. de neg. gest.*

Posset tamen grauari, etiam si haberet tantum praesentationem viginti, & collationem aliorum viginti, & nominationem in aliis decem, quia hic collationem largi accipimus, vt supra diximus. Et fiet coarctatio omnium, vt in proxima gl. dixi, videlicet tam illorum beneficiorum, in quibus habet praesentationem & nominationem, quam collationem liberam: tamen secus si institutionem tantum. *gl. in §. non tamen. de collat. in pragm. in verbo collationem. per text. in c. cum in lib. §. cum autem. de praebend. in 6. quia ad praesentationem patroni tene-*

tur episcopus instituere, alius est irrita institutio si idoneum postea patronus praesentet. *c. decernimus. 16. q. 7. ca. pastoralis. de iure patron.*

Quaero quid si quinquaginta sint collationes super vna abbacia, tamen ratione cuiusdam compositionis quidam confert tertiam partem, vel decem ex illis: an istis possit mandatum dari, & cui resp. posse dari ambobus, cum ista clausula coniunctim vel diuisim, quia quod in vna persona hic statuitur, idem in duabus est dicendum. *l. singularia in si. ff. si cer. per. c. si. de praeb. in 6.* Si tamen haberet collationem decem beneficiorum iure ordinario, & quadraginta iure deuoluto, non poterit nisi in vno mandato grauari, *per ea que not. doct. in c. 2. de concess. praeben.* Item si haberet quinquaginta regularia, & quinquaginta secularia, quia etiam non poterit grauari nisi in duobus. & hoc per istum text. probatur, ibi, quinquaginta & ultra, quae comprehendit etiam si habeat collationem mille beneficiorum. *per gl. & no. in aub. nouissima. C. de inoff. test. tex. in §. 1. ibi, si vero ultra quatuor habuerit filios, median eis totius substantiae relinqui partem, & c. vbi si essent centum filii, & ultra, legitima illorum non esset nisi semis, facit ca. ex tua. de cler. non resid. cap. de multa. de praeb. De hac dictione ultra, not. Benedic. in re. c. Raynuius. in verb. aleroche. de testa. Dec. in l. filiam. 2. de colli.*

\*Quaero si vni reseruatae sint omnes collationes, abbas vero nullam habeat, mandatum abbati directum, an valeat? videtur quod non, cum non habeat collationes: collationem arbitrarer, quia Papa videtur voluisse grauare abbatem in collationibus, ad eum iure abbatiae spectantibus, & potuit Papa grauare, & cum alii reseruatae sint, iure tamen abbatiali confert, ob id grauamen transit ad illum, & si memor fuisset Papa illius conventionis, hoc ita expressisset. *cap. ex parte. de off. deleg. & hic vice abbatis confert, & si iure deuoluto habeant, vel regularia. & se-*

Mandatum cui dirigatur, si duo habeant collationem beneficiorum, & si iure deuoluto habeant, vel regularia.

De subrogatus debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. *l. si eum. §. qui in iur. iur. ff. si quis cautio. & ista reseruatio cum sua causa transit. l. alienatio. ff. de acq. rer. iudic. sic statuit text. in ca. fin. de praebend. in 6. alioquin*

alioqui fieret fraus & mandatariis ac nominatis, nam vnus esset abbas, & alius collator, & nulli conferret. Præterea hæc reseruatō à summo Pontifice facta & admiffa, intelligitur facta sine præiudicio tertii, & respicit tantum abbatem, & alium cui facta est reseruatō, non tertium, vt puta mandatarium vel nominatos, *facti ad hoc tex. in extrauag. 104. 22. de concess. preb.*

[Quæro si abbas post collationum reseruationem contulit mandatario, seu nominato, an valeat collatio? Respon. valere, quia cum mandatum, vel nominationes ei dirigantur, ipse confert tanquam executor concordatorum, & mandatorum ob id valere debet, ne ipsi mandatarii decipiantur concordatorum beneficio. dicit l. 1. § 2. C. de his qui veniam eratis imper. & collatio necessaria datur etiam ei, qui alias non habet collationes vt in c. illa non sede vacat. & Papa reseruando non videtur duo specialia inducere, videlicet vt his qui non est abbas, vel collator conferat, & quod non conferat illis quibus tenetur verus abbas. arg. l. pen. C. de promiss. nec debet esse melioris conditionis, quam verus collator. & ista sunt notand: quia hodie in his plusquam contrahitur, tutius est tamen quod à suo executore collationem recipiat.]

Conferens  
ratione  
mandati  
an à suo  
turno ex-  
cludatur.

Quid si duobus conferentibus alternatim directum sit mandatum, an conferenti rationem mandati computetur in suo turno? Respo. opiniones esse diuersas: & ideo breui dico sic.

Primus casus est, quando duobus alternis vicibus spectabat collatio, & mandatū vel nominationes diriguntur ambobus coniunctim, vel diuisim: tunc is, qui confert ratione mandati, aut nominationum: non excluditur à suo turno. Ratio, quia impeditus impedimento facti remanere debet illæsus. *ca. quia diuersitate in. de concess. preb.* & quia per eum non stat, & ideo eisdem non est imputandum, vt in propriis terminis concludit Rota decis. 190. nota quod *vbi in antiquis*, quia etiā non apparet, quod Papa voluerit grauare magis vnum quam alterum, ergo ista collatio non computabitur in turno vni magis quam alteri. Et in

nominationibus hoc expressum tenuit *gl. in verb. faciende. in §. Item quod omnia de colla. in pragm.*

Secundus casus est, quādo ad duos pertinet collatio alternatiuè, & mandatū dirigitur vni, tunc ipse conferens vigore mandati perdit suum turnū, quia Papa voluit eum priuare potestate conferendi semel. & poruit, vt in c. 2. de preb. in 6. & intentio Pontificis est, vt grauet istum cui dirigit mandatū, & non alium, postquam eisdem dixerit mandatū, ergo intentio Papæ erit seruanda. *c. mandatū. de reser. Sic concludit Io. And. & alii in c. cum in ill. §. si. de preb. in 6. & Io. de Ana. cons. 47. sicut vicissitudine. Collecta in cons. essent. col. 2. de preb.*

Tertius casus est, vacante beneficio, cuius collatio spectat alternatim ad duos, si Papa illud conferat, hæc collatio non facit turnum, quo minus possitis ad quem spectabat collatio, conferre, dum primò vacauerit. Ius enim conferendi vel præsentandi inter illos est per vices: & ideo si vice sua nihil erit, non fiet compensatio. *l. cum certus. ff. de ritico. vno. & oleo leg. & ideo sim. hic vacatione vices suas non habuit sine sua culpa, sequitur quod in alia vacatione habere debet, alioquin sequeretur, quod vnus duas, vt dicunt, vices haberet, contra naturam vnionis & societatis. cum omnes. de const. Concludendū est ergo, quod quando Papa hunc turnum meum præoccupat, non videtur mihi præiudicare, & ita iudicauit Amanenus de Casis, auditor sacri palatii, vt. fert Collect. in c. quærimonia de de iure paty.*

Ratio differentie videtur inter secundū casum & istum, quia dum Papa mandat vni, vt conferat, expressim grauat, & ab eo debet fieri præsentatio, vel collatio mandatario, seu nominato. Et ista præsentatio etiam coacta præsentatio est. *arg. l. simul. §. si me u. ff. quod met. caus.* ob id eum sic facta etiam ex necessitate, computatur in turno, secus quando Papa confert per resignationem, aut aliā, tunc is ad quem spectat præsentatio, vel collatio, nihil coegit: ideo non debet ei computari, quo minus possit præsentare. Dum primò vacauerit, nempe

neipe dum Papa contulit, non intende-  
bat præiudicare turno, quia eius collatio  
debet intelligi sine præiudicio tertii. *cap.*  
*quatinus. de rescr. in 6.*

Item collatio facta causa permutationis  
facit turnum *gl. in §. item quod omnia in ver.*  
*facienda. de colla in prag. sanct. Bertr. conf. 284.*  
*visi & conf. 323. quicquid in 1. parte. R. eseri Phil.*  
*Prob. in c. cum in illis. in fi. de preb. Etiam si is*  
*eui fuit facta collatio, non fuerit adeptus*  
*possesionem. ita fuit iudicatum inter ma-*  
*gistrum Petrum Remy, & Ioan. Iacques,*  
*an. 1504. die 17. Aug. in hoc diuino senatu.*  
[Et hoc intelligitur quando per ordinariū,  
vel de consensu patroni: secus si à Papa si-  
ne cōsensu patroni aut collatoris, vt supra  
vltimo casu dictum fuit, cum licet collatio  
causa permutationis sit necessaria quoad  
collatorem, vt teneatur conferre comper-  
mutantibus. *de. ma. de ver. perm. tamen non*  
*est necessaria, vt eam teneatur admittere.*  
*c. quæsi. de ver. perm. ideo si eam admittat*  
*perdet suum turnum, quia sponte recipit:*  
*& ita videtur tenere D. Bertra. d. conf. 323. se-*  
*cundum antiq. impressionem.] Et an valeat sta-*  
*tuta taxantia numerum canonicorum, &*  
*præbendarum vel aliorum beneficiorum*  
*in præiudicium mandatariorum, & expe-*  
*ctantium, videlicet vt in ecclesia non sint*  
*deinceps nisi nouem præbendæ, quod non*  
*decidit Oldr. conf. 150. in ecclesia Valentina. &*  
*Fel. in ca. constitutus. in fi. de rescr. quia in frau-*  
*dem mandatariorum fiunt, & fieri præsu-*  
*muntur.*

duobus a beneficiis duntaxat,  
a *Duobus.* Hoc vltra legatum retinu-  
it sibi Papa, nā legatus eodē tempore vnū  
tantū beneficium referuare in vna ecclesia  
potest. *c. præsent. de off. leg. in 6.* vt tantū duo,  
ne nimium onerentur collatores, mandata  
concedat Si verò scriberet etiā cū derogatione  
istius tituli pro trib. non valeret tertium  
mandatū, vt patet in rubr. infra de firma  
& irreu. conco. stab. vbi ponitur decretum ir-  
ritans. & etiam quia hic text. de duob. con-  
cedit, ergo de aliis negare videtur, arg. ca.  
nonne, de præsum. quod est verum, vt pos-  
sit compelli ordinarius collator ad confe-

rendā tertio. Si tamen vellet posset, vt per c.  
*mandatum ibi, tenetis. de rescr. dum modo nō*  
*fieret in præiudicium nominatorum, ne*  
*graduatorum, quia non dicitur collator*  
*grauari quando vult, Imo. dicit gl. in l. pen.*  
*ff. de condict. caus. data. cum satis lucrari, qui*  
*adimplet voluntatem suam, & sic est pri-*  
*ma limitatio per quam possunt vltra duo*  
*beneficia in vim mandatorum conferri: nā*  
*posset conferre ordinarius collator sine*  
*mandato, & cum mandato tertio.*

Secundō, fallit quando primus vel secū-  
dus impetrans esset inhabilis, vel eidem nō  
fuisset prouisum, vtpote quia mortuus,  
tunc tertius poterit prosequi suum man-  
datum, quod sic probō per *de. i. in verb. vexa-*  
*re de rescr. vbi quis ex sola impetratione nō*  
*dicitur vexare alium sic ex sola mandati*  
*impetratione non est grauatus ordinari-*  
*us, donec prouisum fuerit duobus. facit ca.*  
*dispendia. in verb. fatigauerit de rescr. in 6. plenē*  
*Fel. in ca. ex tenore. in princ. & ca. in nostra. col. 5.*  
*vers. de primis, ibidem verba enim debent in-*  
*telligi cum effectu. l. ff. quod quisq. iuris ple-*  
*nē in decis. Rotæ. 10. Papa. in rub. de concess. præb.*  
*Collet. in c. accedens. illo. in. nec debet præsta-*  
*re impedimentum, quod de iure non sor-*  
*titur effectum reg. non præstat. de reg. iur. in*  
*6. & secundum mandatū nullū, non dicitur*  
*secundum mandatū sed nullum. cap.*  
*factus. 7. quæst. 1. in fin. ibi, iam non secundus*  
*ille, sed nullus est. & literæ, quæ non va-*  
*lent, non dicuntur priores, sed nullæ. gloss.*  
*in verbo, de facto. in cap. cum nostris. de concess.*  
*præbend. not. plenē Felin. & alii in cap. ex tenore.*  
*de rescrip. & si Papa mandet monachis, vt*  
*aliquem recipiant, poterunt tamen e-*  
*dem opponere crimina, vel defectus. Felin.*  
*in cap. si quando. col. 1. de rescrip. Item text.*  
*iste dicit ordinarium grauari posse in*  
*duobus beneficiis, & mandatis nihil di-*  
*cit, Ideo poterunt etiam centum man-*  
*data impetrari, sed tantum duo benefi-*  
*cia debebuntur mandatariis, qui prius*  
*præsentauerint eorum mandata. ca. penult.*  
*de rescrip. in 6. [Si tamen moriatur secun-*  
*dus mandatarius, postquam ei fuerit*  
*prouisum, antequam tamen sententiam*  
*obtinuerit, pendet ex futuro euentu,*

An & quā-  
do valeat  
tercium  
mandatū.

Arrestum.

Statuta  
taxantia  
numerum  
præbenda-  
rum an  
valeant.

Certum  
mandatū  
an concedi  
possit, &  
concessum  
quando  
valeat.

RRrr

vt dicit in simili text. in § filiusfam. quibus modis ius patris potest sol. in institut. an debeat prouideri alteri, nam si is qui in ius defuncti fuerat subrogatus, obtinuerit, tertius mandatarius nihil habebit, si uero succumbat, tertius poterit prosequi suum mandatum, quia ordinarius non est grauatus, postquam mandatarius vel subrogatus non obtinuit, nisi secundus colluderet, vt sepius fit, tunc probata collusione, quod est difficile, tertio prouidebitur, quia est loco secundi *not. in c. 1. & per totum. de collusio. de reg. & l. 1. & 2. illo ritu.*

Idem dicerem in nominato in vim indulti concessi consiliariis, vt si nominatus moriatur antequam obtineat, cum lis adhuc pendeat, potest petere à Papa alium in ius subrogari defuncti, qui si obtineat extinguitur nominatio, sed si succumbat, poterit alius ibi nominari, quia uerba cum effectu intelligi debent. *l. 1. ff. quod quisque iuris. cap. relatum. de cler. non res.*

Tertio, fallit quando literas executoriales dedisset pro primo mandato concessio à prædecessore, vel si confirmasset mandatum à prædecessore concessum, vel si concessisset rescriptum in forma rationi congruit, adhuc in duobus beneficiis gratiare poterit per mandata collatorem habentem quinquaginta beneficia in collatione, *Card. Pan. & Imol. in cap. literis. de reser. vbi ponitur ratio in fine, quia factum prædecessoris nostri potius quoniam nostrum fuimus profecuti. Nam sicut patris & filii vnum est testamentum. l. parvis. ff. de vulga. ita antecessoris est vna gratia, quæ denominatur à suo principio Bald. in dist. cap. literis. Facit Lynum ex familia §. 1. ff. de lega. 2. Barb. conf. 39. bene erant. colum. 7. volum. 3. vbi concludit actum non proprie dici celebratum ab eo, qui alterius voluntatem exequitur, multa adducit, quæ ibidem cernere licet. Intellige siue concedantur duo mandata vni quod potest fieri, si vnum faciat alterius mentionem. cap. in nostra de rescrip. Nisi fuerit incerta clausula motus proprii vel pro expressis habentes, quæ solent in forma inferius descripta adiici, vt ibi pa-*

ter. Et tunc si vnum extinctum fuerit, altero vti poterit. *Rota decisi. 49. nota quod vbi aliquis in antiq. nam qui habet plura remedia, si in vno succumbat, aliud remanet. l. Aurelius. §. fin. ff. de libe. leg. l. in delictis. §. si de tracta. de noxa. actio. l. cum qui. C. de in off. testa. not. doct. in l. 1. de furt. & in l. quod in heradem. §. eligere. ff. de tribu. actio. nam si collator duo beneficia in vim mandatorum contulerit vni vel duobus, non poterit per aliud mandatum grauari.*

Quarto, non procedit in locis in quibus non est receptum concordarum, quia hæc iura ibidem non seruantur, ideo nec hic text. per not. in c. 1. & c. ecclesia sancte Marie. de conscri. & l. omnes populi. per Bart. ff. de iusti. & iure.

Quinto, quando Papa in secundo mandato concederet collatori facultatem recipiendi & non præciperet, tunc etiam posset aliud mandatum concedere, nec illud computatur in numero, quia non dicitur ordinarius grauari. *cap. cum aliquibus & ibi glo. seq. sed in hoc regno non admittetur, cum certam habeamus formam infra descriptam, à qua recedere non licet.*

Sexto, quando Papa concederet alicui pauperi clerico literas in forma pauperum, vel cum secundum Apostolum, directas illi, qui talem ordinavit, nam aliud si collationem habuerit quinquaginta beneficiorum, in duobus mandatis poterit grauari, cum hic tantum prohibeat gratiam per viam mandati, ergo non alia ratione, vt supra dixi, & quia iste ordinarius deliquit ordinando pauperem, ideo debet puniri, vt eidem prouideat. *cap. postulasti. de reser. cap. episcopus. & ca. cum secundum. de præben.*

Vltimo, fallit quando tria mandata dirigerentur abbati habenti collationes beneficiorum regularium, & secularium, & laicorum duo regulares impetrassent mandata ad illum, & vnus secularis etiam: quia si vacet primum beneficium regulare, debebitur regulari, si postea vacet seculare, debebitur seculari, excluso secundo mandatario regulari, *arg. c. susceptum. & c. si prote. de reser.*

refer. in 6. c. quia sepe. Et ibi no. de preb. llo li.  
Et quia hic intelligitur de duobus pri-  
mis. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. vbi  
scripsi. Et sic quousque non erigit grauatus  
ordinarius de duobus beneficiis, manda-  
tarii prosequi poterunt sua mandata.

grauare a possit. ita tamen b quod  
in eadem ecclesia cathedrali, vel  
collegiata.

grauari  
quando di-  
citur ordi-  
narius.

a *Gravare.*) Dicitur grauari ordina-  
rius, quando aufertur eidem libera colla-  
tio, quae est in fructu. gloss. sing. in cap. cum  
olim. de maiorita. Pan. in cap. mandatum. colu.  
i. de rescrip. etiam quia non potest suis pro-  
videre. cap. abbatem. colum. 2. de rescrip. per  
Barb. Tamen grauatus non dicitur, si alter  
mandatarius sit inhabilis, etiam si illi fue-  
rit prouisum, quia collator ex suo deli-  
cto, vel culpa, non debet commodum re-  
portare. Quod intellige quando crimen  
huius erat notorium, vel inhabilitas ex re-  
scripto apparebat, utpote quia in manda-  
to impetrans ad beneficia huius regni di-  
cebat se Hispanicum, tunc conferenti impu-  
tatur, quia liberè dicitur conferre, cum  
non teneretur, & hoc probatur per ea quae  
trahit Bart. Et alii in l. 2. colum. 2. ff. si quis in ius  
votatus non ierit. vbi si constet iudici per o-  
fensionem priuilegii aliquem exemptum,  
non tenetur comparere exemptus sic ci-  
tatus, & si in citatione exprimat exceptionem,  
seu excusatio competens citato, tunc non  
tenebitur comparere citatus. In in ca. praeterea  
de dilat. si non tenebitur collator conferre ei,  
qui ex mandato suo declaratur inhabilis.

inhabili  
mandata-  
rio ordina-  
rius prou-  
idere non  
tenetur.

Item non succurritur emptori equi, vel alterius animalis,  
quando vitium erat notorium, & patens,  
secus si latens. l. i. in princ. ff. de edil. edil. sic  
non debet succurri huic ordinario confe-  
renti notorie inhabili, si verò inhabilitas  
esset occulta, grauatus dicitur prouiden-  
do illi etiam inhabili, & sic alteri non tene-  
bitur prouidere. arg. noi. in ca. ad probandum.  
de re iud. Et in c. vestra. de cohob. cleri. Henric. Bo-  
hic. in c. veritatis. de dolo. [Etiam grauatus di-  
citur ordinarius, si fortè collatio spectabat  
ad aliquem ex compositione, si is prou-

Per colla-  
tionem pr-  
sumatur

derit, quia licet ex Romani pontif. dispo-  
sitione resignanti fortè est reseruata colla-  
tio aliquorum beneficiorum, tamen illa  
sunt beneficia abbatiae, vel episcopatus,  
ideo dicitur grauata abbatia, vel episcopa-  
tus, quamuis mandatarius ex collatione  
alterius quam abbatibus habuerit, quia tan-  
quam pensionarius abbatiae ipse contulit,  
non tanquam extraneus.]

abbatie an  
conferatur  
abbas gra-  
uatus.

Idem si ab executore fuerit inhabili  
prouisum notorio, ut supra dictum est, [gra-  
uatus non dicitur ordinarius,] quia recla-  
mare debebat collator, ne isti inhabili con-  
ferretur beneficium, & alteri cōferre, quae  
mandatarius, si fuerit negligens, imputet si-  
bi, quia negligentibus iura non solent sub-  
uenire. l. pupilli. ff. quae in fraud. cred. l. si duas.  
§. decet. ibi. & circa operationem negligenter  
se non habeant. de excusat. tut. Præterea  
si prodesset hæc collatio facta mandatario  
inhabili, daretur materia delinquendi,  
contra l. conuenire. ff. de pact. dot. Nam ordi-  
narii procurarent suis inhabilibus man-  
data concedi, & ipsi hoc modo prouide-  
rent illis, quod non est permittendum, sed  
malitiosus est obuiandum. l. in fundo. ff. de ree  
vend. c. sedes de rescr.

Nec dicitur grauari quando vult, hoc  
importat huius natura vocabuli, ut si dicā,  
grauate fero, vel non grauate, & sic volūta-  
riè. nam grauare onerare est. Virg. Nec me  
labor iste grauabit. Et alibi dicitur, Hoc por-  
tat leuiter, quod portat quisque libenter.  
glo. in l. 3. ff. de excusat. tut. Imò tutelæ affectatæ  
non dicitur grauare. §. uenitria. in si. de exc.  
tut. quamuis alias dicantur grauare. l. dixi-  
mus. in fin. prin. ff. de excusat. tut.

Item quando Papa, impetranti confert  
iure præuentionis, & non vi mandati duo  
beneficia, non dicitur grauari ordina-  
rius quo ad hoc, ut non teneatur manda-  
tario prouidere, quia Papa iure præuen-  
tionis omnia beneficia potest conferre,  
cum totus mundus sit diocesis Papæ. cap.  
cuncta per mundum. Et cap. per principalem. q.  
3. vnde non est mirum si in sua diocesi, &  
sic per totum mundum conferre possit, quia  
omnia beneficia mundi sunt manualia  
quo ad potestatem Papæ. Bald. in l. rescri-

Diocesis  
pape totus  
est mun-  
dus.

cap.  
cuncta per mundum.



pta. colum. penult. num. 7. Cod. de precisi. impetrat. offic. tamen si referuaret omnia beneficia mundi suae collationi, oriretur scandalum, & ideo non posset. *gl. in ca. per principalem. q. 3. hoc expresse tenet Barb. in ca. mandatum. col. 5. de rescrip.*

Nota tamen quod etiam grauatus dicitur collator, quando contulit beneficium vni super quo litigabatur, ideo pendente lite non poterit grauari in altero, si decem beneficiorum collationem tantum habebat, & non quinquaginta, quando is requirebat, alias secus, quia clausula si pro alio, apponitur in fauore illorum, & quia poterit iste mandatarius illud consequi: ideo alter mandatarius lite pendente non admittetur. *Cardin. & Barb. in cap. mandatum. de rescrip. & sic non requiritur pacifica possessio, sicut in eo qui adipiscitur secundum, vt faciat vacare primum beneficium. capit. de multa. de prebend. cap. commissi. de elect. in 6. si tamen euincatur a mandatario, tenebitur collator alterum conferre eidem argum. capit. inter. de preben. [grauatus etiam dicitur ordinarius, si vni mandatario contulit, qui tamen non obtinuit beneficium, pensionem ex compromisso, seu compositione, quia imputandum est ei, qui compromissit. l. si dictum. §. si compromisso. ff. de iudicio. Bald. & Iacob. in l. 3. in princ. ff. de transact.]*

Declara-  
tur dictio  
na tamen.

**b Itatamen.** Sic ponitur in l. [soler. ff. de tutel. §. l. si pluribus. in fin. ff. de leg. 1. & restringit precedentia, vt tradit gloss. in §. placuit. in eo verbo, de colla. in pragm. per l. libertas. ff. de manu testam. quae nihil facit, sed textus est. in l. Lucius. §. quae habebat. ff. ad Trebell. l. ita tamen ibidem. & l. stichum. Titio. de statu lib. l. si dubitet in princip. de silentio. §. l. fin. §. si autem quasi. Cod. de furi. Guido Papa. sing. 334. dictio. na tamen. Idem significat dictio sic tamen, vt in l. relegatorum. §. item potest. ff. de interd. & relig. Ideo si testator reliquerit domum uxori suae, ita tamen quod possit in ea habitare toto tempore vitae suae, per hoc restringitur legatum ad habitationem tantum, & non ad proprietatem. Idem firmani. Capit. in decis.

*Neapol. quest. 108. num. 7.* Aliquando tamen facit modum, vel inducit conditionem, vt plene explicat Lucas de pema. in l. 1. Cod. de col. fundo. ff. lib. 11. & sic potest hic textus intelligi. [Papa inter dum solet dicere prouiso loco huius verbi, quando excommunicatus contra formam consilii generalis, petit absolutionem, ei autem conceditur, prouiso, quod si pro manifesta offensa dicta sententia prolata, nec ab excommunicato sufficienter praestetur emenda, nullatenus relaxetur. c. sac. de senten. excomm. prouinciale. fol. 21. d. can. in titul. de verb. singul. in decret.]

Ethoc est introductum, vt qualificationes graduatorum in ipsis praebendis suum valeant sortiri effectum, vt habetur in pragm. §. non tamen inrendit. de coll. & licet Papa possit vnum collatorem habentem collationem 50. beneficiorum in duobus grauare per mandata, non tamen in duobus praebendis vnus ecclesiae, & hoc vult dicere text. quia in eadem ecclesia exosum est, vt duob. mandet conferri, sicut exosum est, vt quis duo habeat, rex. & ibi gloss. in clem. 1. de preben. Ideo dicitur quod dispensatus ad duo beneficia, non censetur dispensatus vt habeat sub eodem recto, vt dicunt, nisi expresse dicatur in dispensatione, quia magis odiosum est in eadem ecclesia plura habere, quam in diuersis. *Pan. in cap. de multa. colum. 2. de prebend. sequitur. Felin. in cap. in nostra correla. 8. de rescrip. quia in dispensationibus non fit extensio, etiam ad casum minorem. ideo monachus dispensatus ad curatum, non est dispensatus ad beneficium simplex. Felin. in cap. postulasti. colum. 11. num. 9. vers. regula est de rescrip. vbi plene prosequitur & Ias. in l. si num. 37. cum seq. ff. de constit. princ.*

Item quamuis per adeptionem secundum simplicis non vacet primum ipso iure. cap. de multa de prebend. fallit in beneficiis simplicibus existentibus in eadem ecclesia, text. sing. secundum Cardin. ibi. in ca. literas in si. de concess. preb. Et quauis ordinarius possit gratificare in mensibus graduatorum non tamen poterit gratificare ad duo beneficia in eadem ecclesia consistentia per praedicta

prædicta, & quæ dixi in §. statim inus. i. supra de coll.

Episcopus non dispenseat pluribus beneficiis conformiter

Præterea episcopus non potest dispensare, vt quis habeat plura beneficia conformiter in eadem ecclesia, etiam duo altaria. gl. Pan. & Imo. in d. c. literas. Item etiam non valet consuetudo, vt quis habeat duas præbendas, aut duas capellanias in eadem ecclesia in titulum. c. a. de consuet. in 6. vide quæ dixi supra in tit. proxi. §. volumus. gl. in cathedralibus. Item si mandetur prouideri habenti præbendam in vna ecclesia de primo beneficio vacaturo, non tamen poterit eidem prouideri de præbenda altera, licet primo vacet, quia duas præbendas sub eodem tecto tenere non potest. d. c. literas. de concess. præb. & ibi nor. & in d. c. si. de præb. Sed aliud beneficium expectabit. & si primus mandataris obtinuerit vnã præbendam in vim sui mandati, non poterit secundus alteram consequi, etiã si statim vacaret post mensem à die præsentationis mandati computandum, vt hic describitur.

Primum beneficium vacans quandoq; non debet remanere mandataris.

Nota tamen quod sine dispensatione possit quis beneficium in eadem ecclesia habere in titulum, & capellam non curatã, etiam requirentem celebrationem, & potest esse canonicus & capellanus in eadem ecclesia, licet non possit duos canonicatus in eadem habere. Lappus all. gra. n. 6. statuitur in si. quoniam refertur & sequitur Fel. in c. ex parte. S. col. 1. & seq. de rescript. intellige quod Papa non potest grauare prætextu mandati, vt in eadem ecclesia duæ præbendæ mandataris conferantur, sed bene eas iure præuentionis conferre poterit, vt sequitur. quia hic prohibetur grauamen ratione mandatorum. secus in alio, quod enim non mutatur, cur stare prohibetur. l. sancimus. C. de test. vt supra dixi.

Diversi pontifices in duabus præbendis grauare possunt.

vnum collatorem pro tempore a in duabus præbendis b, non grauet.

a Pro tempore. Ergo successor poterit, quia hic excluditur, vt idem non grauet in duabus præbendis, ergo diuersi sic, & idem in diuersis beneficiis extra præbendas, vt duo pontifices ad duas præbendas

grauare possint eandem ecclesiam, & ad alia duo beneficia, siue pro vno scribatur, siue pro pluribus, quia non plus grauatur ecclesia quando mandatur pro vno, quàm pro pluribus, & hic tex. generaliter loquitur, & indefinitè, & etiam non distinguit an mandetur pro vno, vel pluribus, igitur nec ego. iuxta l. de precio. ff. de publiciana in rem actio. & an ille qui habet duas præbendas possit duplici suffragio vt in electionibus, & aliis actibus. tenet Ioa. Fab. in §. 1. instit. de excus. sui. quod non in illum videtur.

b Præbendis. ) Integris, appellatione enim præbendæ venit integra. cap. cui de non sacerdot. ali. de præben. in 6. Tamen postquam diuisæ sunt præbendæ, & ex vna factæ sunt duæ, dicuntur integræ. Ioa. And. ibi. Et vide in c. vacante. de præbend. nisi retineant nomen dimidiæ. Et quando non habent stallum in choro, & locum in capitulo, non dicuntur habere integram præbendam, cum ista iura sint canonicatus & præbendæ. cap. pro illorum. de præb. Item non poterit grauari duabus præbendis, etiam si vna sit dignitati vel officio annexa. per cle. vlt. de præbend. Quia videtur grauamen in duabus præbendis, deberet tamen primus mandataris istam dimidiam præbendam acceptare, eo quia est beneficium, sed collator non censetur in vna præbenda grauatus, si non habeat omnia iura, quæ alij canonici habent. Et ideo secundo posset deberi altera præbenda integra per prædicta.

Præbendæ nomine venit integra. cap. cui de non sacerdot. ali. de præben. in 6. Tamen postquam diuisæ sunt præbendæ, & ex vna factæ sunt duæ, dicuntur integræ. Ioa. And. ibi. Et vide in c. vacante. de præbend. nisi retineant nomen dimidiæ.

§. ET VT OBVIETVR.

Et vt obuietur litibus, quæ occasione literarum mandatorum huiusmodi oriri

c Et vt obuietur. ) Per hoc dicitur quidam non esse formam substantialem datã per hæc concordata mandatis apostolicis, dicentes, quando aliquid est introductum ad vtilitatem tantum partium, vbi hic, videlicet vt obuietur litibus, tunc non dicitur de forma, ita in propriis terminis dicit Bald. in l. vniuersa. col. 1. C. de precib. impera. offeren. Sed respon. non esse hic tantum in-



productum ad utilitatem partium, sed etiam ut sit de forma. demonstratur in hoc text. supra, iuxta formam & infra sua forma, quæ est inferius annotata. Et etiam voluit Romanus pontifex formam in quinto registrari & ad perpetuam rei memoriam, ut infra in forma mandati, & ibi dicam.

possent, mandata huiusmodi sub a forma, quæ est inferius annotata, dari volumus, quam ad perpetuam rei memoriam b in cancellaria apostolica publicari, & in illius c quinto registrari mandamus.

Forma rotæ novis observari debet.

a Sub forma.) Ergo sub alia forma non vult dari, quia de vno dicit, de altero negat. c. qualis. 25. dist. c. nōme de presump. l. cum prætor. ff. de iud. Frustra annotaretur & scriberetur hic, si non observaretur, nec est verum simile quod cōditores dixissent esse de forma, si non esset. prout in simili nota. tex. in c. ad audientiam de dec. postquam est de forma. tenet quod dicitur, ad Timoth. 6. c. Præcipio tibi coram Deo, ut serves mandatum sine macula. Et Deur. 12. c. in fi. Quod præcipio tibi hoc tantum facito, nec addas quicquid, nec minuas. l. in conventionibus in pr. ibi, nihil immutare licet, neq; addere, neq; detrahere. ff. de verb. oblig. Et Apo. vlt. c. Si quis apposerit aliquid super hoc, apponet Deus super ipsum plagas: & si quis diminuerit, auferet eius partem, &c. Et ad Timoth. 5. c. Testor coram Deo, ut hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. simpliciter enim & pura forma mandati tenenda est. Fel. in c. cum dilectio. col. 9. vers. amplius de rescrip. vbi plus dicit amplia. u. quod forma mutatur sex modis subtrahendo, addendo, interponendo, verbum pro verbo ponendo, verba corrumpendo, & verba transponendo, ibidem vide, & in declaratione regia, de qua infra in prin. formæ mandati, omnisio formæ etiam in qualibet minima parte vitiat. Ant. in c. pisanus. col. 7. no. de resti. spo. Dec. in ca. prudentiam a. no. de offic. de leg.

Forma quot modo dicitur.

b Ad perpetuam rei memoriam.) Idem dicit text. in c. in fi. de venunc. in 6. c. ad apostolicæ. in superscriptione. de reud. ibidem. Frustra publicaretur, si nollet observari hanc formam. nam leges publicantur, quas perpetuo servari vult faciens, in aut. in fa. lte noue const. colla. 5. Et perpetuum quot modis accipiatur, tradit gl. & ibi addidi in l. i. ff. pro soc. Alber. in trac. statu. in 4. part. q. 62. gl. in §. item placuit. in verbo, perpetuis. de colla. in prag. Bal. conf. 372. in 4. vol. Barb. in c. ad auctoritatem. col. 1. de reb. eccl. non alie. & conf. 63. col. 2. in 1. vol. & conf. 4. 4. in 2. vol. & conf. 53. ibi. vide que dico infra in forma mandati, &c.

c Et in illius quinto registrari.) Frustra registraretur, si non observaretur forma hic descripta, ut observetur mandatum hic registrari. & quid si statuto caneat, quod quilibet debeat iurare, & dicere omnia bona sua & debita, ut describantur in registris ciuitatis, aliquis iuravit se debere Titio decem, quæ non debebat: fuit debitum registratum, nunc Titius petit illa decem ratione illius iuramenti, an possit? Respon. quod non, quia ex illo iuramento assertorio non oritur actio. l. si quis pro eo. & ibi amplè dixi in reper. illius ff. de silencio. & quod non oriatur actio, ista est communis opinio, quam citavi ibidem, vbi tenui contra per iura & rationes patentes. & in hac quaestione, ita expressè concludit Alber. in tracta. statuto. in prima part. quaestio. 178. item quæro.

§. DECLARANTES.

Declarantes d, prosequentes e huius.

d Declarantes.) Est constitutio declaratoria, quia apostolicus de iure omnibus est præferendus, etiam antea receptus auctoritate legati, seu ordinarij. c. cum cui. servandus. & c. hi qui. de preb. in 6. quia magis privilegiatus præfertur minus privilegiato. l. verum. §. si ff. de min. not. in aut. quas actiones. l. de sacro. eccl. sic doctor creatus à Papa præcedit alios doctor. creatos ab vniuersitatibus, & dicitur esse dignior. c. per suas & cap. statu.

statuimus. Et ibi not. de maiori. facit. l. i. ff. de albo scrib. l. a. f. alij in l. cum quid. ff. si cert. per. Barb. Et Dec. in c. cleric. de iudi. & miles creatus ab imperatore maiori gaudet prerogatiua, quam si a duce esset creatus. Pan. in c. postulat. col. 3. de concess. praeb. sequitur Fel. in rub. de maiori col. 3.

*Mandata non nominantur a rege preferuntur.*  
Notandum est tamen quod dicit Rota dec. 55. not. quod ubi. in antiq. ubi dicit, quod si quis ex rescripto Papae vel priuilegio possit nominare ad vacantem, seu ad praebendas vacantes, vt Rex Franciae senatum Parisien. tunc nominatus per tale priuilegium, non praefertur impetranti apostolico, sed apostolicus praefertur. sic dico in nominatis per vniuersitates, vt mandataris apostolicus praefertur illis. & huic nominato a rege, vt hic dicitur. Hic expressè tenet etiam gl. in §. non tamen intendi, in verbo, effectum. de colla. in prag.

*Prosequentes iure rex & regius in 3. ibi, qui iure dati sunt. ff. de res. tur. l. al. ex exco. re, in prin. de app. l. i. C. de velligal. c. facit homo, 22. q. 2. Et ibi gl. condemnatum eum accipere debemus, qui iure & rite condemnatus est. l. 4. §. condemnatum. ff. de iudi. alioqui melius faceret mandataris, si expensis inanibus se non vexaret, cum obtinere spem non labore. l. i. ff. de iustic. rest. §. e nam. cipatos. mst. de exhered. lib. supra dixi. in §. fin. de colla.*

*Quaerit motus finitur mandata.*  
Quaero quando dicatur non prosequi, & sic tunc finitur mandatum? Respond. duobus modis. Primò si expressè iuri suo renunciauerit, & literis mandati. c. sollicitud. Et ca. audita. de res. spol. data pensione, vel non. capit. ad audiendam. 2. de rescriptis. Secundo tacite dicitur renunciare & non prosequi, quando contra eum est lata sententia qua non appellauit, sed illi acquieuit. glo. in c. i. de concess. praebend. Domi. in c. i. de litis comest. in 6.

Tertiò, si aliud beneficium incompatible adeptus sit, quia tunc suae gratiae videtur tacite renunciare. cle. gratia. de rescriptis. Vide tamen glo. in §. quod si quis ex dictis. in verbo, tempore. in §. de colla. in prag. ubi videtur renunciare, si vacet incompatible, tamen & vacet simplex, non, vt ibi dicitur. vel si

obteneat dispensationem ad aliud.

Quarto, finitur si mandataris duxerit uxorem. c. i. de cleri. coniuga. etiam si contraxerit tantum sponsalia de praesenti. glo. Et doct. in c. vno. de cleri. coniug. in 6. Barb. cons. u. scripsit. col. pen. in v. volu.

Quinto, non minus tacite renunciauit, qui eiecit habitum clericalem. c. u. de aposto.

Sextò, qui factus est miles. argu. ca. i. Et 2. dist. 51. Et c. eos. 20. q. 3. c. clericum. 50. dist. Collecta. in c. si. de cleric. non resid. Vel aliud fecit contra clericatum. argu. l. professio. C. de muner. patrimo. lib. 10.

Septimò, finitur & perditur mandatum, quando forma infra descripta non est seruata, quia omisio formae facit actum corruere. l. i. ff. de lib. Et posthu. Et l. cum hi. §. si praetor. de re. an. fact.

Octauo, quando mandataris facit sibi segenere conferre beneficium alteri debitum incompatible, vel illud occupat. cap. eum qui de praeb. in 6. Petrus. expressim in cap. se clericus. col. i. ibidem.

Nonò, quando mandatum erat subreptitium c. ad aures. de rescriptis. quod raro euenit in hoc regno, propter multas clausulas in mandato descriptas, & quando conditio in eo requisita non potuit verificari. Ancha. cons. 58. Et ca. si pro te de rescriptis. in 6. vide susus in tract. non in in quest. vlt.

Vltimo finitur mandatum, si mandataris fuerit negligens. c. tibi qui. de rescriptis. in 6. c. mandata si clericus. de praeb. eo. lib. Et quando dicatur negligens, relinquitur arbitrio iudicis. c. do. dicitur. cum ann. gl. ibi. & bonus iudex arbitrabitur, vt saltem intra sex menses petere debeat. c. 2. de concess. praeb. gl. in §. item quod omnia in verbo, scilicet. de colla. in prag. plenè Felin. in c. capitulum. col. 3. ver. fallit. primo. de rescriptis. possem allegare Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in 3. parte. q. 12. in §. Et q. 15. ac. q. 34. Et D. Ruse. in tracta. de manda. apost. in 4. parte. Et in tracta. regatio. in 4. priuil. aliosq. multos adducere, nisi putarem istos sufficere.

Nota tamen quod si collator in fraude secundi modi cum dederit primo mandataris, vt renunciet suo mandato, & is renunciauit, quia etià eo non dato volebat dimittere clericatum, tunc talis titulus pro non

*Negligens mandataris qui dicitur negligens, relinquitur arbitrio iudicis. c. do. dicitur. cum ann. gl. ibi. & bonus iudex arbitrabitur, vt saltem intra sex menses petere debeat. c. 2. de concess. praeb. gl. in §. item quod omnia in verbo, scilicet. de colla. in prag. plenè Felin. in c. capitulum. col. 3. ver. fallit. primo. de rescriptis. possem allegare Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in 3. parte. q. 12. in §. Et q. 15. ac. q. 34. Et D. Ruse. in tracta. de manda. apost. in 4. parte. Et in tracta. regatio. in 4. priuil. aliosq. multos adducere, nisi putarem istos sufficere.*

titulo habetur, arg. l. etiam. §. ff. de peti. her. & sic non excluditur secundus, etiam in habente collationem decem tantum beneficiorum eo casu alioqui contra. Idem si primus mandatarius compulsius miseria, & fatigatus laboribus & expensis celsit, & modicum quid accepit, arg. c. si de rescrip. c. 2. de arb. Compostella. & Barb. in d. ca. mandatum col. 10. vide quae dixi in tracta. nomin. in q. vlti. ubi late dico. quot modis perdantur nominationes, & mandata iisdem plenè modis amittuntur. Et octo modis quibus expirat gratia. scribit Io. Staphil. in tractat. de literis gratie. in 5. parte. fol. 103. & seq.

Mandataris an prober mandatum se amisisse.

Quod si mandatarius in his casibus velit probare quod non renunciauit suo mandato, an possit? videtur quod sic, quia contra praesumptionem potest probatio admitti. l. si ff. quod me. caus. c. is qui. de sponsa. Contrarium videtur tutius, quia ista praesumptio dicitur iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium. l. vna. in princ. C. de rei. vxor. actio. l. antiqua, ad velle. a. secus si esset praesumptio iuris tantum, contra quam probatio admittitur, vt supra dictum exiit. & contra fictionem non admittitur probatio in contrarium. gloss. in verbo, quoniam creditur, in l. consciuntur. ff. de iure codicillo. Bonif. in d. cle. gratie. Et an executor possit conferre beneficium sine acceptatione mandatarij? quod sic, tenet Collect. in c. inter. in fi. de preben. per not. in cle. vna de concess. preb.

Executori apostolico non est premissum tempus ad conferendum.

Nota vltimo quod si mandatarius semel requisierit ordinarium qui recusauerit eidem conferre, si postea habuerit recursum ad suum executores qui distulit conferre per annum, non per hoc excluditur, quominus possit providere, quia executori apostolico non est certum tempus praefixum, intra quod debeat providere, sicut aliis collatoribus, vt dixi in c. 2. de concess. preb. ita in propriis terminis tenet glo. & Card. in cle. si de beneficio. de preben. Perus. in ca. gratia. in fi. de rescrip. in 6. gloss. in §. visum. in verbo. respectiue. de col. in prag. ubi ista limitantur. Scripsi in verbo, intra. in §. 1. de regia ad prela. no. superius.

modi mandata, quo ad beneficia sub illis comprehensa a,  
a *Comprehensa*. Que sunt omnia, nisi sint excepta. c. mandatum. de rescri. docto. in c. dilectus. in 2. de preb. Quae ergo sunt non comprehensa? Resp. Primò, regulare non comprehenditur sub mandato secularis, & seculare beneficium non comprehenditur, etiam sub mandato regularis. [ etiam praetextu dispensationis. vide gloss. in §. volumus. in verb. reliquos. de coll. in prag. & causa. in tractatu de mand. in 2. parte. num. 20. & §. volumus. supra in prox. ca. super eo. de re. & in pulchre Pan. Archid. & alij in c. si postquam. de preb. in 6.

Secundò, religiosus sancti August. non potest impetrare mandatum, vt provideatur illi in ecclesia S. Benedicti. sed tantum potest impetrare in illo ordine, in quo est professus. extat lex regia in eo. in articulo. not. in c. Deus. de vii. & honest. leri. c. in nona. 16. quest. 7.

Tertiò, beneficium generaliter vel specialiter reservatum dicitur, non comprehensum. Auffs. in decis. Tholosa. q. 434. ubi dicit super hoc extare regulam cancella. Sed parum prodest in Francia. cum reservationes sint in ea sublatae, vt superius dictum fuit in rub. de reserva.

Quartò, non est comprehensum beneficium litigiosum, vt mandatarius teneatur illud acceptare. probatur in §. 1. supra cod. ubi beneficium spectas ad collationem ordinarij, debet conferri mandatario, sed litigiosum non spectat ad collationem ordinarij, quia non vacat, ideo illud non potest altero colligante mortuo alteri conferri. c. si. ut lire pend. in 6. & cle. 1. illo ut regula. cance. 27. ne litigia in ecclesiarum dispendiu prorogari contingat, vt ibidem diceretur grauari ordinarius illud conferendo, quia forte alteri colligati primo contulit. probatur in forma mandati. ibi, cum plenitudine iuris conferatis: & ibi iuriumque & pertinentium vniuersorum, &c. non potest conferri cum plenitudine iuris, vel cum vniuersis iuribus, quod in mandato praecipitur, sed conferretur cum diminutione, quod est prohibitum.

prohibitum. *cap. vno. ut ecclesiastici benefic sine  
diminuit. confert.* Præterea alienans rem liti-  
giosam punitur. *l. si. C. de lit. ergo nō potest  
alienari, minus conferri, facit quia sicut nō  
valet impetratio beneficij litigiosi, nisi fiat  
mentio de lite. Felin. in c. cæterum. col. 1. Et in  
c. in nostra, correla. 15. de rescrip. Ita mandatum  
non comprehendit beneficium litigiosum,  
quia sicut expressè Papa conferendo tale  
beneficium, si non exprimat litem, nil fa-  
cit, ita nec executor vigore mandati, seu a-  
liarum literarum. nam verisimile est, quod  
si Papa litem sciuisset, alij non contulisset,  
vel de eo non mandasset, quia nollit liti-  
ganti plures dare aduersarios. d. ca. 1. ut lite  
pend. in 6. Egid. bella mera, conf. 35. vtrum. in fi. ita  
fuit decisum in hoc reuereudo senatu. hoc  
anno 1537. pro nobili Francisco de Calui-  
mont contra nobilem Hug. de Mauria. sic  
expressè tenent Dom. de Rota, deci. 608. si aliquis.  
in antiq. quia fortè mandatarius non habet  
vnde litem prosequatur, & posset multa  
litigando incurrere pericula, vel est bonus  
vir, qui execratur lites. *litem §. si. ff. de alien.  
iudi. nec dicitur simpliciter vacare, post-  
quam non vacat de facto. cap. cum nostris. de  
conces. preb. Gomez. q. 19. super reg. cancel. de sub-  
rog. collatigan. [ & si Papa impetranti confer-  
ret beneficium vacans non facta mentio-  
ne litis, non valeret impetratio, d. c. si. ut lite  
pendente in 6. multo minus debetur manda-  
tario, ut scripsi in prag. bene in forma singu. in 1.  
parte. in verb. aut litigiosum. ]**

Fallit quando mandatum esset impetra-  
tum ante litem inceptam, quia tunc debe-  
retur, nam mandatarius habebat ius acce-  
ptandi quodcunque beneficium, ergo & i-  
stud. Item quocūq; modo vacaret, nec de-  
bet eidem obesse, si fortè primus mandata-  
rius acceptauerit ante eum, & postea mor-  
tuis est. nam beneficium istius primi po-  
terit secundus acceptare, & eidem prouide-  
ri de hoc debet, licet sit litigiosum cū  
alio, nec per litem pendentiam debet impedi-  
ri vti iure suo antiquiori. c. 1. ut lite pend. I-  
sta est decisio Bonifac. in cle. 1. nu. 60. Et seq. in  
8. conclu. ut lite pendente. cum res inter alios  
acta, aliis non debeat præiudicare rubr. C.  
res inter alios acta. tamen hæc collatio facta

mandatario, non præiudicabit superstiti,  
sed per euentum litis declarabitur, an va-  
luerit prouisio. & acceptatio per gl. in d. cle.  
1. & sic consuluit Egid. bella mera. d. conf.  
35. vtrum. vbi dicit non esse aliquam consti-  
tutionem prohibitam in contrarium, ista  
tamen limitatio est dubia per supradicta,  
nec eam firmo. si tamen mandatarius sine  
protestatione acceptaret collationem be-  
neficij litigiosi. Ab ordinario sibi factam,  
gruari, tunc censetur ordinarius: quia fo-  
cit quod voluit mandatarius, & quod is i-  
pse potuit, quia contulit ad mandatarij re-  
quisitionem. ut dixi in gl. grauare. §. 1. supra eo.  
vide Rocam deci. 388. vtrum. c. si hi. in antiq.

Quinto, non est comprehensum in man-  
dato apostolico, ut mandatario debeatur  
beneficium quod ordinarius vniuit ex iu-  
sta causa ante vacationem. quia ante vaca-  
tionem mandatarius nō habebat ius in re,  
& sicut de illo beneficium poterat fieri per-  
mutatio. c. vno. de rer. per mu. in 6. ita & vnio,  
non tamen post vacationem, vel inconti-  
nenti ante, ratione fraudis vitandæ, quam  
ordinarij facere possent. no. in cle. vlti. de reb.  
eccl. non alie. hoc expressè tenet Collecta. in c. con-  
stitutus. col. de reser. Pro hoc est gl. sing. in cle. vlt.  
gl. si. de rescrip.

Sexto, non est comprehensum benefi-  
cium paternum, si vacet ne videatur esse  
succesio in beneficalibus, sine filius sit le-  
gitimus, siue illegitimus, sed aliud exspe-  
ctabit mandatarius. c. 2. c. e. et transmissa de  
filiis presbyt. dixi infra in forma mandati. in ver-  
bo, pro expressis. vers. 3. debet, &c.

Septimo, non est comprehensum benefi-  
cium, in quo daretur scandalum, si nomi-  
nato vel mandatario conferretur. c. cum te-  
neamur. de preb. Fel. in c. 2. de preser. Et sic esset  
comprehensum, tamen illi non debet con-  
ferri. Fel. in nihil. de prescrip.

Octauo, si non excedat valorem decem  
librarum turno. non tenetur mandatarius  
illud acceptare, seu capellaniam minoris  
valoris. ut declarauit Martinus Papa, ann.  
1426. die 1. Septembris, quæ declaratio sa-  
tis æqua videtur, nescio tamen an iudicio  
foren. obseruaretur.

Nono, beneficium vacans, causa permissa.

SSS

Vniri, an  
possit bene-  
ficium in-  
uito man-  
datario.

Beneficium  
non exce-  
dens valo-  
rem decem  
librarum  
non debe-  
tur man-  
datario in-  
uito.

rationis, quia aliis extra permutantes non debetur. *c. vno, de rerum. permus. lib. 6. gl. pen. in e. 2. de preb. co. lib.*

Decimò, beneficium non liberam, ut pote si collatum fuerit absenti, qui non acceptavit, licet ante declarationem voluntatis vacet. *c. si tibi absenti. de preb. in 6.* tamen mandatario conferri non potest, *ut ibi.* Imò si recusetur post mensem, non debetur mandatario, si vacaverit ante mensem, quia beneficia ante mensem vacantia post præsentationem mandati non debentur illis, *ut patet infra in forma manda. nec dicitur de nouo vacare, quando præsens recusat, ut habetur in dicto c. si tibi. per doct.*

Vndecimò, nec præbenda quæ per mortem episcopi præbendarij vacat. *ca. cum in eccles. de preb. in 6.*

Duodecimò, nec etiam est comprehensa præbenda in eadem ecclesia, si alterum habeat mandatarius, vel alij erat collata, *ut dixi in gl. ita tamen §. 1. supra eo.*

Decimotertio, non comprehenditur beneficium primo vacaturum, ubi est consuetudo optandi. *c. si de consuet. in 6.*

Decimoquarto, nec beneficium de nouo fundatum. *cl. si de reser. vide glo. solemnem in c. quia sepe. de preb. in 6.*

Decimoquinto, si beneficium vacet in curia non debetur mandatario. *c. 2. de preb. in 6.* nisi ordinarius post mensem illud conferret, quia tunc de nouo in partibus ineipit vacare. *Lappus allega. §. 4. dominus papa. col. 2. per c. statutum. Et ibi not. de preb. in 6.*

Decimosexto, non debetur beneficium sub iure patronatus laicorum existens, *ut dixi in glo. patroni. §. præfari que ordinarij. supra de collat. Etiam si clericus ratione patrimonij præsentaret. gl. præsentari. Et ibi doct. in cl. vlt. de iure patr. Quia præsentans ratione patrimonij habetur ut laicus. teste Ioanni Staphyl. in tract. de iur. gra. fol. 55. vers. Sed dubium est.*

Decimosextimo, non debetur beneficium sub iure regaliorum vacans, *ut plene profertur Ruse. in suo tract. regal.*

Decimo octauo, sub mandatis apostolicis non comprehenditur beneficium villæ muratæ parochiale, si non sit mandatarius

qualitatis requisitæ, videlicet graduatus, *per c. quia sepe. de preb. in 6. Et c. cui. ibidem. Domi. in c. si eo tempore. col. vlt. de rescripto. lib.* quia non videtur fuisse de mente concedentis, quod probatur hic in vers. declarantes, *ibi, sub illis comprehensa, ubi vult mandatarios præferri graduatis & nominatis in beneficiis comprehensis in mandatis. ergo sunt aliqua, quæ non comprehenduntur, ut villæ muratæ, & præbende theologales, quamvis contrarium dicat Boer. in decis. Burdega. q. 225. apostolicus.* nam in mandatis comprehenduntur beneficia secundum qualitatem personarum, quibus dantur mandata. *c. super eo. de reser. in 6. l. plenum. §. equit. ff. de usu & habu.* ideo dicitur in text. sub illis comprehensa. Nec duo specialia hic videtur papa voluisse inducere, videlicet & quod mandatarius nominatis & graduatis præferatur, & quod habere debeat beneficia, quorum non est capax, saltem per concordata, nam hoc prohibetur *m. l. C. de dotis promiss. cum hæc specialia sint de iure speciali concordatorum introducenda, non de iure communi, expressisset enim si voluisset. c. ad audientiam. de deci. & quia in §. statumimus. prohibuit ne parochiales conferantur aliis quam ibidem expressis, inter quos mandatarius non est, & si his darentur, peruerteretur status ecclesiarum parochialium regni, quod est prohibendum. [Et si comprehenderentur in mandatis hæc beneficia, pari ratione & præbende theologales, quod est absurdum, ideo neutra comprehensæ hic erunt.]*

Item infra eodem Papa retinuit sibi & successoribus, ut possint conferre beneficia quomodocunq; qualificata. ergo alius extra eum conferre non poterit, etiam si sit executor datus ab eo in mandato, quia sibi tantum retinuit, ut conferret, non autem ut mandaret conferre. ideo quando in mandatis scribitur executori, ut conferat, non videtur mandatum ut conferat has ecclesias parochiales in villis muratis sitas, & si mandaret, non reciperetur in regno, ut alij beneficia qualificatis affecta conferret, etiam si esset legatus, ut alibi dixi. Et non est mirandum de hoc, quia longè aliud est conferre.

Beneficia  
sua in vil-  
lis muratis  
non debentur  
mandatariis.

Executori  
mandatis  
non videtur  
comprehensum  
beneficium  
parochiale  
conferre

conferre, aliud mandare conferre. *gl. in ca. cum cui. §. c. si postquam. de preb. in 6. §. c. duobus de rescrip. illo. li. l. aliud. ff. de reg. iur. §. ibi Dec. Bal. expressio in cap. in lueris de offic. deleg. [Paul. Paris. conf. 79 aduertendum. con. in 4. vol. §. & ita declarauit rex, ut infra dico. §. no. Collecta in c. significatum. in si. de preben. & Papa ut dixi in d. §. statutus. sicut aliud est ordinare ecclesiam, aliud pronunciare ordinandam. *gl. & doct. in c. super eo. de offic. dele. [Nec obest quod executor nomine Papæ confert. Resp. & si Papa confert non facta mentione non valeret collatio tanquam subreptitia, multo minus in executore, ut est in tu. de firma §. irreuoc. infra.]**

Item maiorem potestatem sibi retinuit pontifex, quam commiserit. *c. ad dū. de preb. in 6. ergo non commisit, ut executor non qualificato conferat has ecclesias qualificatis affectas, quia non potuisset maiorem potestatem super illis beneficiis habere, & quando duo sunt impediendum, vno sublato remanet reliquum. c. extuarum de usu & authoria. pallij. Pan. in c. ad aures. col. pen. de rescrip. sic consuluit Anob. conf. 364. visio.*

Per prag. non erat sic prohibitum, quia Papa non sic se altrinxerat, ut in his concordatis est videre. & quia Papa debet facere mentionem quando confert. *ut dixi in gl. ac eum. infra. eo. ergo etiam si mandaret conferre, sed non videtur fuisse huius intentionis, ut executor conferat in vim mandati, postquam ipse Papa hoc non faceret sine expressione. Nec in mouet, quod dū executor confert, Papa videtur conferre, quod est verum fidei, sed non verè: & ideo hic retinuit Papa iure præuentionis sibi, & successoribus suis collatione, non executori, & si hoc Papa concederet executori, posset etiā legato eadem ratione concedere, quod non admitterent Galli, nec est verū dicere, quod omnia vacatia extra curia, executor possit conferre, quia vacantia iure regali non, nec alia non comprehensa in mandatis. & quamvis Papa voluerit mandatarios præferri graduatis, & nominatis, non tamen in vllis muratis, ut declaratur infra. ibi dicitur in mensibus graduatis simplicibus & nominatis, quam, &c. Ergo non in beneficiis*

parochialibus villarū muratarum, alioqui expressisset sicut, expressit residuum. *ca. ad audientiam. de decimis. Nec est hoc modo intelligendo restringere mandatum, sed contrarium dicere ellet extendere ad casum in mandato non comprehensum, quod nō est faciendum, putare tamen quod si mandatarius studuerit triennium, licet non sit graduatus, quod illi deberetur beneficium villæ muratæ, tum quod si habilis per. §. statutus. 2. supra. tit. proxi. tum quod cessant rationes supradictæ, aliās secundum mandatarios qualificatus præferretur primo non qualificato in his beneficiis, & etiam alij graduati non mandatarij per supradicta, & in aliis non comprehensis in mandatis.*

Nisi illa duo mandata dirigerentur collatori habenti collationem decem beneficiorum tantum, quia tunc mandatarius secundus non excluderet primum, aliās prioritas nil operaretur contra. *ca. eum que de preb. in 6. Et hoc casu putarem sufficere, quod mandatarius esset qualitatis requisitæ tēpore vacationis. per c. ei cui. de preb. in 6.*

[Decimonono, si ex fundatione erat ita. *Sacerdotum*, quod non conferretur beneficium, le benefici nisi sacerdoti, & is mandatarius non esset cium an sacerdos, nec im mandato esset illi derogare debeat. *ut concludunt D. de Ro. dec. 466. nota, quod statuta. in rio. aniq. sed cum hodie in mandatis sint clausulæ derogatoriæ, deberentur si mandatarij essent in ea etate, in qua possent promoveri intra annum. per tex. in c. si pro clericis. de preb. in 6. §. ibi doct. sic fuit decisum in Rora. ut patet in decis. 3. §. statutū. in no.] [Tamen si beneficium sit affectum ministris ecclesiæ ex fundatione, non debetur mandatariis, ut declarauit senatus hoc ann. 1556. in vigilia natiuitatis, virginis Mariæ, pro mandato directo thesaurario sacri sacelli Bituricensi, quia is mandatarius nō acceptauerat duo prima beneficia ministris ecclesiæ affecta, sed tertium non affectum, & illud fuit dicto mandatario adiudicatum.]*

Vltimò, triginta quatuor, que non debentur nominatis, serè in his mandatis non sunt comprehensa, quæ scripsi in tract. non. q. 5. ibi videre licet, ne plura.

ordinariis a collatorib. & graduatis, b simplicibus & nominatis c a Ordinariis collatoribus.) Sensus est quod mandatarius debet praferri in beneficio primo vacaturo, siue vacet in mensibus in quibus ordinarius liberè confert, siue in mensibus nominatorum, vel graduatorum. & dicitur ordinarius collator, ut declarauit in gloss. ordinarij. §. praefatiq. ordinarij. supra. tit. proximo. Si fuerint duo mandatarij, praferetur primus: c. eum cui. de praebend. in 6. Fallit in casibus positus per gloss. magistrum. in cap. quia sepe. de praebend. in 6. & per tex. in cap. ei cui. eo. tit. & c. si. de consuet. in 6. & c. de. de rescript. no. Philip. Perus. in c. susceptum. col. 2. de rescript. in 6. vi de gl. in verbo. praefertendos. infra. eo. [Et quamvis hic text. loquatur in ordinario collatore, tamen comprehendit omnem ecclesiasticum collatorem, qui autoritate iuris confert vel hominis, & ideo poterit etiam grauariis, qui sibi retinuit collationem, licet non sit episcopus, vel abbas, & quo ad hoc dicitur ordinarius, ut scripsi in §. a. supra. eo.]

b *Graduatis simplicibus.* Hi dicuntur, qui non habent nominationem, sed tantum gradum. dixi supra. tit. proximo. §. praefertendos. gl. graduatis simplicibus.

c *Nominatis* Etiam anterioribus tempore, & quibuscunque praefertur, etiam graduatis & nominatis simul, cum non sit habilis nominatis sine gradu. etiam praefertur illis, qui studuerunt per triennium, de quibus in §. statuimus. 2. supra. tit. proximo. Etiam si essent doctores in theologia, extra tamen praebendam theologalem, ut infra dico, quia hic indefinite loquitur, quae equipollet vniuersali. c. vi. circa. de ele. in 6. Etiam praefertur nominatis, qui prius acceptauerunt, quam mandatarius, etiam si vacaret in mensibus deputatis nominatis, ne fiat fraus istis mandatariis. & hoc probatur in hoc §. & sic differunt mandatarij a nominatis, ut hic. Ideo si nominatus acceptauerit beneficium in mense Iulio vacans, postea aliquis impetrauerit, demum mandatarius collationem ab executore habuerit, quod hic praefertur, per regulam si vnico vin-

centem te, a fortiori vincio te. c. autoritate. de concess. praeb. in 6. nam Papa iure praerogationis non poterat conferre, quia iam erat praerogatus per nominatum, mandatarius vincit hunc nominatum, nominatus impetrantem, ergo mandatarius etiam vincet impetrantem, quamvis contrarium tenuerit D. Aurio. in d. c. auth. in add. ad Guille. de monte lauduno.

Secundo differunt, quia mandatarius tenetur paucis casibus exceptis acceptare primum beneficium vacans, alioqui suo priuatur mandato. c. tibi qui. de rescript. in 6. c. si clericus. de praeb. illo. lib. etiam si in mandato non dicatur de primo beneficio. gl. & doct. in c. si postquam. de praebend. in 6. gloss. & doct. in cle. vna. in verbo. notitia. de concess. praeb. in 6. & Fel. in c. constitutus. de rescript. secus in nominatis & graduatis, ut dixi in glo. sequenti. §. si. de colla. supra.

Tertio, in mandatis requiritur habitus tempore datae. ca. si eo tempore. de rescript. in 6. secus in nominationibus. §. volumus. ibi, vacationis tempore. & ibi declarauit supra. tit. proximo.

Quarto, extinguitur mandatum per ademptionem beneficij quantumcunque modici in vim mandati collati. c. simon. & ca. non potest. de praeb. in 6. Secus in nominationibus quae non extinguuntur per ademptionem beneficij, nisi illud ascendat vsque ad ducentos florenos auri de camera. d. §. volumus. & dixi in tract. nomi. q. vii. quot modis perdamtur nominationes.

Quinto, semel mandatum est praesentandum. c. tibi. & ca. pen. de rescript. in 6. c. si ca. de concess. praebend. illo. lib. Item nominati literas nominationum etiam semel insinuunt, sed nomina & cognomina in singulos annos, donec eis plene fuerit prouisum. §. reuertitur. de colla. supra. & quare hoc fiat, dixi in tract. nomi. q. iij.

Sexto, duo mandata non possunt dari vni collatori, nisi habeat collationem quinquaginta beneficiorum, ut in hoc tit. dicitur, secus in nominationibus, probatur in §. praefatiq. ordinarij supra. tit. proximo. & ob id conueniuntur ordinarij collatores, cur nominationum numerus non est taxatus, sicut manda-

mandatorum, quod difficile esset facere. Cum non taxetur per hæc concordata, sed permittatur tot nominare, quot habiles reperientur, & si numerus esset taxatus & diuites nominarentur, & pauperes non, nã vniuersitates vèderent nominationes.

Septimò, nominationes non conceduntur, nisi graduatis. §. *pre fatig. ordinarij. supra de colla. mandata verò quibuscumq; idoneis, etiam non graduatis, vt dixi in gloss. dare possit. supra eod.*

Mandata  
& nomina-  
tiones cur  
nentes.

Octauò, differunt, quia nominationes inuenta sunt in fauorem literatorum, & ecclesiarum Franciæ, vt melius regantur per literis honestatos, quam per ignaros, vt dixi. q. 3. tract. nomina. mandata verò in fauorem pontificis, vt dixi supra in gl. dare possit. & sic magis fauorabiles sunt nominationes quàm mandata: ideo magis sunt ampliandæ, & extendendæ, quam mandata, nisi in casibus expressis.

Nonò, non conferens nominato requirenti priuatur iure conferendi per octo menses, quos habet liberos. §. *si. de coll. supra in mandatis. non punitur collator non conferens, sed executor confert, si ordinarius conferre recuset. ca. si capitulo. & c. si foli. de concess. præb. in 6. & c. ubi. de reser. eo lib. nisi vt dixi, in q. 19. tract. nominatio.*

Decimò, in nominationibus non sunt exprimenda, nisi illa quæ traduntur in §. volumus. de coll. & quæ dixi in tract. nomi. q. 9. In mandatis secus, vt no. Fel. in ca. in nostra. de reser. & ego dixi infra gl. pro expressis, in forma mandati apostolici.

Vndecimò, exemplum nominationũ, seu literæ duplicatæ expensis nominati debent dari collatori. §. *teneantur. supra tit. u. prox. & ibi dixi in mandati. secus, quia non inuenitur expressum. no. doct. in c. pen. de reser. in 6. inferius expressius dicitur. idem in v. triusque putarem.*

Duodecimò, literæ nominationũ gradus ac aliæ necessariae tempore quadragesimæ sunt insinuandæ, ac nomina & cognomina. §. *teneantur. de colla. supra. mandata verò quolibet tempore præsentari poterunt, cum contrarium non exprimitur text. & ibi doc. in c. si capitulo. de cõce. præb. in 6.*

Decimotertiò, nominatus non tenetur probare collatorem habere tria beneficia sub sua collatione, quia habet regulam pro se, videlicet quod omnia beneficia vacantia certo tempore sunt illis affecta. ergo sufficit quod probet vacasse illo tempore statuto. & qui excipit non debere, debet hoc probare. *Bal. in ca. 1. col. 2. de alien. iudi. & qui habet regulam pro se, habet intentionem suam fundatam. glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Bar. in l. quoties. ff. si quis caut. Dec. in reg. 1. no. ff. de reg. iur. ideo is qui allegat non habere, debet hoc probare. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. secus in mandatario, qui tenetur probare collatorem, cui est directum mandatum, habere decem, vel quinquaginta beneficiorum collationes, quia fundat se in numero, illum ergo probare debet. arg. l. cum. ff. de neg. gest.*

Mandata-  
rius cur  
probet, &  
nominatus  
1901.

Decimoquartò, mandatariis debentur beneficia vacantia etiam per resignationem. *cap. dudum. de præbend. in 6. in nominationibus secus. §. volumus. supra. de colla. dixi in 15. q. tract. nominationum plenius.*

Decimoquintò, de consuetudine nominationes conceduntur tantum tempore quadragesimæ, vt dico in q. 7. tracta. nom. mandata quolibet tempore. §. *supr. eo.*

Decimosexto, à Papa mandatum conceditur. *c. mandatum. c. licet. ca. capitulum. de rescrip. nominationes ab vniuersitatibus Franciæ. §. volumus. supra tit. prox.*

Decimoseptimò, mandatario potest conferri beneficium ratione mandati regulare, si sit dispensatus. secus in nominato. §. *volumus. supra tit. proximo. quod tamen non firmo, quia ibi prohibetur simpliciter.*

Decimooctauò, mandatarii non possunt obtinere beneficia curata in ciuitatibus vel villis muratis sita. si non sint graduati, vel qualitatis requisitæ, vt in verbo, *comprehensa. di. cum exiuit. secus in nominatis, & graduatis, quibus sunt reseruata dicta ecclesiæ parrochiales. §. statuiimus. 2. supra tit. prox.*

Decimononò, nominatus molestans ordinarium priuati debet suis nominationibus. §. *fin. supra tit. 2. l. prox. secus in manda-*

titario in quo non est expressum. no. in c. dilectus. 2. de preb.

Vigesimò, nominationes, quandoque etiã post viginti annos insinuari possunt. ut dixi in q. 14. trac. nomi. nu. 20. sic ut ibi, secus in mandatis. c. tibi de rescr. in 6. c. si clericus. de preb. ibid.

Vigesimoprimò, nominationes ad beneficia extra regnum non dantur, secus in mandatis, ut supra in verb. decem dictu extitit.

Vigesimosecundò, simulatque insinuatæ sunt nominationes, si vacet beneficium debetur nominato, ut dixi per illum text. in verbo, cap. æm. §. teneantur. de coll. supra. mandatario vero non, nisi post mensem à die præsentationis. ut infra in forma mandati patet, in verbo. post mensem.

Nota tamen, quod etiam mandatarii æquiparantur nominatis.

In primis, quia in utroque tempore datæ attenditur: & qui prior est tempore potior est iure. c. capitulum. secundum verum intellectum, de rescriptis. c. tibi qui. illo titu. in 6. c. eum cui de preb. illo lib. §. statimus. de colla. supra. ubi vide quomodo intelligatur.

Secundò, conveniunt, quia quilibet verum valorem beneficiorum exprimere tenetur. c. ad aures. de rescr. c. 1. de preb. d. §. volumus. de coll. supra.

Tertiò, quilibet beneficia, quæ quis obtinet, exprimere tenetur. d. c. ad aures. cap. in nostra. §. cap. si proponere. de rescr. dicto §. volumus.

Quartò, sicut subreptio in mandatis ipsò iure vitiat. d. c. ad aures. ca. ad audiendam. in 2. §. ibi dicit. de rescr. c. si eo tempore. illo titu. in 6. c. si motu. de preb. illo lib. sic in nominationibus. d. §. volumus. in his quæ per concordatum nominati exprimere debent.

Quintò, quia beneficium de nouo creatum non debetur, nec mandataris, nec nominatis. c. ult. de rescr. dicto in tractatu no. anima. q. 15.

Sextò, in mandatis requiritur scriptura, supra eodem verbo, literas & ibi dixi. sic in nominationibus. §. teneantur, de colla. supra. ibi, literas.

Septimò, tam insinuatio mandatorum, quam nominatio quum fieri potest in ab-

sentia collatoris suo vicario. Scilla insinuatio ligat etiam episcopum. d. §. teneantur. & in ordina regis. rub. des. graduez. simples. art. u. gl. in §. status. in verb. vicariis. & §. rem voluit. in verb. vicario. de colla. in prag. dixi in tract. nominationum. q. 14. num. 59. & seq.

Octauò, insinuatio utriusque est facienda de literis originalibus, non de exemplo. §. præfatig. graduati. de coll. ibi. per parentes. literas. c. causam. de elec. l. sancimus. c. de duar. rescr. c. pen. de rescr. in 6. in aliis ferè æquiparantur, nisi sit contrarium expressum. præferendos a esse, nosque b & successores c nostros

a *Præferendos.* Apostolicus præferri Mandato de iure aliis expectantibus debet. ca. hi qui. non quilibet de preb. in 6. dictum extitit in gloss. declarantes. non præferri supra eod. dum tamen acceptet intratem. raris. quibus sibi præstitutum. c. unica. de cons. præb. dicitur. & ibi gl. in verbo. mensem. vide Fel. in ca. capitulum. de rescr. Hodie habet sex menses ad acceptandum & requirendum, ut dixi infra in forma mandati. Fallit quando esset inhabilis, quia tunc non præferretur, nam hic sermo intelligitur de habilitate. l. 1. c. de sacrosanct. eccl. Quando dicatur inhabilis, dixi plenè in tractatu de pacif. possess. in 4. limita. Et intellige præferri aliis habentibus ius ad rem, secus si in re. ca. si a sede de preb. in 6. Perus. in d. c. hi qui. post Dom. ibid.

Item præferitur mandataris etiam alteri recepto in canonicum ab ordinario, vel autoritate capituli, cum sit gratiosa receptio, quæ non dat ius ad vacaturam. c. hi qui. in glo. c. in nostra. col. 4. vers. limita. raris. de rescr. quia hæc receptio tantum dat recepto ius agendi coram superiore, ut compellat capitulum ad præbendam conferendam. c. relatum. & c. dilectus. 1. de preb. gloss. in c. veniens. de renuncia.

Vnde cum ad nominationem episcopi Non. Pictaviens. quidam presbyter Gresle fuisse seruum misset de capitulo Laudum. sic receptus, & deinde demum vacans prima præbenda fuisset creatum alteri collata, fuit condemnatum capitulum ad dandum distributiones quotidianas cum fructibus dicto Gresle, quæ præsentibus divinito servitio dari solent. Donec is præbendam obtinuerit.

In quibus  
conveniunt  
mandataris  
& no-  
minati.

Anonym.

obtinuerit, quæ postea vacans nõ est adeo affecta, vt in contrariũ facta collatio nõ teneat. Sic fuit dictum in hoc senatu. an. 1525. & die 7. Iulij pro quo facit. *cap. inter. de preb. nisi Papa illam receptionem confirmasset, quia tunc confirmatus auctoritate Papæ receptus censetur. cap. si apostolicæ. ibi, nostra prouiso. de preb. in 6. facit. l. i. §. omnia. C. de ver. iur. encl. & sic præfertur isti ratione prioritatis & etiam præfertur apostolicus nominato ab Imperatore, vel rege, dum dirigit primarias preces. idem si esset nominatus per archiepiscopum in vim specialis privilegij. *Rota dec. 15. vtrum. & seq. in rubr. de preb. vide tamen Collecta. in ca. dilectus. i. de preb. contrarium tenentem.**

Tertio fallit quando esset tertium mandatum concessum nepoti collatoris, vel alij, tunc collator illum mandatarium præferre non poterit graduatis, aut nominatis in beneficiis eisdem præstitutis, quia iste tertius non censetur tunc receptus auctoritate apostolicæ. *c. cum aliquibus de resor. in 6. nec executor, vbi alias non esset ordinarius, istud mandatum exequi poterit. Barb. in c. mandatum. col. 4. de resor. si duo prima valeant, vt supra dixi.*

*De illis qui personam non egrediuntur.*  
b *Nosq.* Ergo alij non poterunt, nam quando Papa dicit a nobis fieri possit, excludit alios. *cle. auditor. re refer. vel quando dicit nos. c. bone. i. ibi, nos igitur. de elect. cle. vna. de iureiu. cle. pastoralis. in fin. de re iud. [c. vno. §. porro. vers. & ideo nos. vt eccles. benef.]. Ergo executor vel legatus non poterit hoc facere, nisi hoc esset ei expressè commissũ, quia tunc perinde esset ac si Papa faceret, per regulam iuris, tamen non toleraretur in regno, quo ad ista hic descripta, videlicet vt possit venire contra qualificationes & concordata, etiam legatus à latere.*

c *Successores.* Non iure sanguinis, sed ratione nouæ electionis, aut alterius prouisionis dicuntur in beneficiis successores. *Barb. per illum textum in c. 2. de rerum. p. mut. gl. in c. quod sic. in verbo, consentire. in fine electi. Vbi subrogatus in locum canonici non vocati ad electionem, non agit de contemptu mortuo eo, qui contemptus*

fuerat. *text. in c. relator. 2. de testa. & ibi. bnd. Fel. in ca. ex literis. col. 3. nu. 8. de proba. cum in beneficiis non sit successio ratione sanguinis. c. v. de preb. & ideo largè dicitur successor. Bara. & Deci. inc. cum omnes. per illum text. de consti. Et iste successor nihil iuris habet à suo prædecessore. *gloss. possedit. de patif. posses. in prag. sancti. ideo hic successor non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, nisi sit facta pro ecclesiæ utilitate, vel necessitate. c. sine præl. vices suas, & ibi multa addidi in glo. Bal. in l. emptorem. C. loca. Alex. in l. si filiosam. in 1. §. si ff. sol. matrim. Nec tenetur soluere debita prædecessoris, nisi pro ecclesiæ necessitate contracta fuerint. c. 1. de solu. Pan. in c. v. not. primo. de sequestr. poss. nor. in l. 2. C. de repud. her. per illum text. vbi filius facta non tenetur soluere debita paterna, si non possideat illius bona ex successione paterna, sed ex emptione alterius, vel donatione bona fide facta, quia nil habet à patre. sic nec successor beneficii. Plene hoc disputat Lucas de penna. in l. 2. col. 3. & seq. C. de fund. rei priua. lib. 11.**

Item subrogatus vel successor in beneficio, non tenetur restituere fructus, quos prædecessor percepit, quia nihil iuris ab eo tenet. hoc expressum firmat *Perus. in cap. presentis de offic. ordin. in 6. facit. l. i. C. de administr. tuor. Et ita fuit prolatum arrestum per supremum senatum hoc anno 1536. & in mense Februarij. nec ad expensas, nisi à die subrogationis, prout etiam in eodem senatu fuit conclusum. an. 1508. die 3. Aprilis ante pascha, quod limitatur, nisi purè & simpliciter receperit processum, & arramenta causæ, vt fuit decisum in hoc senatu Paris. an. 1492. die 27. Augusti: nam tunc ad omnes etiam expensas sui prædecessoris tenetur, vt fuit etiam conclusum in hoc senatu, an. 1516. die 7. Aprilis post pascha. Etiam hoc anno. 1541. die 17. Oct. apud Pictones in conuentibus iuridicis, pro M. Ioan. de Fontenay, contra Magistrum Antonium Peletan. quod est notandum. *facit quod nomen Ioann. Monach. & alij in d. capit. sibi qui. & capit. si sibi absentis de prebend. in 6. Ioan. And. in c. ex parte. de arbit. l. si. C. de periculo nom. lib. 11. [Nota tamen quod resignatarius.**

*Successor in beneficio an teneatur soluere debita prædecessoris, & fructus restituere.*

*Arrestum.*

*Resignatarius quoad ad expensas sui prædecessoris teneatur.*

Arresta.

tarius, qui petit subrogari in locum resignantis post recedentia sententiam lata contra suum resignantem non subrogabitur, nisi soluat omnes expensas, & fructus quos resignans restitueret debebat, secus si petat subrogari in locum sui resignantis, quia resignauerat ante sententiam, quia tunc non tenetur, nisi ad expensas sui temporis, & fructus, & ita censuit senatus an. 1540. die 13. April. in magna camera aduocatis postulanti. viris egregiis D. Corliu. & du Boys. idem censuit anno 1542. die 11. Maii, contra Petr. combault pro magistro Egidio Durant. quia post sententiam lata, contra aliquem ipse tenetur ex illa sententia, & si ipse resignet, resignatarius videtur acceptare beneficium cum illo onere, & causa, quia res transit cum suo onere. *l. alienario. ff. de contrah. emp. l. Pompo. de acq. possess. Curia tamen solet dicere quod resignans in processu remanebit pro fructibus & expensis.*

Notandum est triplicem esse successorem, Primum rei iuris, & causae, vt in hereditatibus temporalibus. *l. tam ex contractib. ff. de iud. Secundum rei causae & iuris, vt quando quis subrogatur in locum defuncti. ca. sibi qui. vt lite pend. in 6. & sibi Guillel. & Dec. in c. cum omnes. not. 4. de constit. Tertium rei tantum, non iuris nec causae, vt in beneficiis non litigiosis, in quibus successor simpliciter praedecessori succedit. n. 9. 3. ca. antecessor. Guillel. monte Laud. in d. ca. sibi qui. De multiplici etiam successore tradit Lucas de Penna in d. l. 2. col. pen. Cod. de fund. rei priua. lib. 1. vbi licet videre. Sed prosequamur hanc tantum materiam, ne prophana diuinis misceam.*

Præterea signandum est, quod licet vno ex litigantibus moriente, super lite prosequente alteri non possit fieri illius beneficii collatio. *de vna. vt lite pend. in 6. Imo nec alius subrogari nisi per Papam. d. c. sibi qui. vt lite pend. in 6. cessio tamen facta alicui litiganti per tertium lite pendente, bene valet. Rota decisi. 176. commissio. in no. Hodie tamen ordinarius vel alius altero litigante mortuo confert, & is cui de nouo facta collatio est, impetrat literas à Rege in hoc*

regno, vel à cancellaria, vt subrogetur in ius & instantiam defuncti, vel cedentis, & sibi conceditur. ita vidi seruari in vfu forensi, & hoc fit ex æquitate, vt concludit Do. Ruseus in tract. iuris regalis. in 5. priu. vt de reg. caud.

Idem si tertius prætendat ius in beneficio, tunc etiam impetrando literas petit adiungi processui, & admittitur intra annum, tunc is qui vult subrogari, cum non sit diuersa in eo ratio, hic tamen adiunctus vel subrogatus non debet causam de nouo inchoare, sed in eo statu in quo est, cum super lite, vel eius procuratore prosequi. *d. cap. fin. vt lite pend. in 6. & ex eisdem actis, & causa in eodem statu manente. de Rota. dec. 3. no. quod successor. in antiq. Tum vt breuentur lites, & ne diuersi sententiæ sequantur. c. si. vt lite pend. in 6. facti. l. nulli. C. de iudi. Sic fuit prolatum arrestum anno 1525. die 2. Maii, nec potest repelli is qui petit subrogari, propter eius vitium non notorium, vt fuit dictum in senatu, anno 1514. die 21. Nouemb. si intra annum venerit, ideo per senatum fuit leuata manus in fauorem magistri Petri de Ponzaus, petentis subrogari in locum Antonii Viguer, contra Ve. illan, qui obierat antequam fuisset subrogatus. ann. 1519. die 19. Iulii, si tamen habita recedentia is moriatur, cui data est & postea ea subrogetur aliquis in demortui locum, is gaudebit recedentia data praedecessori, non obstante manus leuatione concessa alteri parti. Ita fuit pronunciatum in hoc senatu, anno 1541. die 29. Iulii.*

Non poterit tamen procurator superstitis prosequi causam cum isto subrogato sine nouo mandato, tum quia mandata procuratoris sunt stricti iuris: ideo non extenduntur nisi ad personas, vel causam mandato expressam. *c. quid agendum. de proc. in 6. de non potest illo tit. tum quia mutata persona mutata est causa. veniens. 2. de iust. & no. in c. cum super. de re iud. Perus. in d. ca. sibi qui. vide rex. & doc. in l. nulla. C. de proc. & Guido Papæ. quæst. 86. procurator. Bonifac. in c. l. 1. vt lite pendente. Rota decisi. 171. si A. constitutus in nouis. quod ego intelligerem, nisi ille procurator esset generaliter constitutus ad prosequendam*

prosequendam totam causam contra Titium & quoslibet alios. *arg. l. à procuratore. C. mand. sic debet intelligi dec. Rot. 440. si ager. in no. ubi dicitur intimationem factam procuratori causae, ea non finita valere si tamē ipse petat dilationem ad dominum consulendum, erit eidem danda: alioqui appellare poterit. c. dilectus de procu. & quid si nil iuris habet, an subrogatus poterit dare obiectus pro iure tertii, vide Rotam decis. 433. no. nunquid in antiq.*

Imò si lite pendente super beneficio reus vel possessor transferat beneficium in alium permutando, vel alio modo, & moriatur, huiusmodi permutatio reuocabitur per viam attentati, etiam contra illum superstitem, eo tamen vocato. *arg. no. per Im. in c. cum M. de const. & c. cum teneamur de app. hoc expressè refert Rota dec. 400. no. si lite in antiq. & del. 56 si lite. in nouis. & ibi in add. dicitur an valeat collatio lite pendente facta, vel adeptio possessionis, an facta altero mortuo, debeat per viam attentati reuocari. & decis. 41. si lite pend. in not. tenet, quod sic, sed non seruatur in Francia & an pars aduersa possit se dicere spoliatam, vide de Rota decis. 429. no. nunquid. in antiq. & decis. 4. nunquid. de resti spol.*

*Sententia lata pro mortuo, quando possit mandari executioni pro subrogato.* Sententia tamen lata pro vno, etiam si esset mortuus, mittitur executioni pro subrogato ad illud beneficium. *l. cum qua. si ff. de fideic. lib. quae licet loquatur in libertate, idem dicimus fauore ecclesiae, quae iisdem privilegiis fulcitur. Soc. in l. eius qui. ff. si cert. pet. post Paul. ibi, licet regulariter non valeat sententia contra mortuum, vel pro eo lata. l. in summa ff. de re iudi Paul. in l. i. quae. cent. sine app. rescind. Et quod pro subrogato possit exequi, in propriis terminis tenet Bal. in l. vna. §. in primo. C. de ca. l. o. & Iacobi ibidem, in §. prece. Et ista faciunt contra Paul. qui consuluit, quod arrestum latum contra abbatem Cluniacensem, & eius temporale, expirat eo mortuo, nec poterit exequi, contra monasterium, vel successores, refert Dom. Boer. in add. ad Res. distans de Plumbino in d. l. cum quasi.*

Subrogatus in ius mortui vel resignantis, poterit causam inchoatam, in quo est

prosequi. nam ad possessionem censetur etiam subrogatus, per illa verba posita in subrogationibus, & ad omne ius quod eidem competeat quomodolibet, seu competere poterat tempore sui obitus, & c. sic conclusum est in Rota, *vt patet in deci. 64. subrogatus. in no. Fel. in rub. de res. col. 3. Game. q. 9. super rog. cancel. de subro. coll. sig.* Sed nos solemus impetrare literas regias subrogationis ad possessionem, quas cancellaria facile cōcedit. Et subrogatus petit se ad causam admitti, in quo statu est. ita vidi seruari.

Nota perpetuò quod nisi quis in annum petat subrogari, postea non admittetur, agendo super possessorio, quia interdicta sunt annalia. *l. ff. de interdic. etiam si per literas regias releuaretur à lapsu anni, vel biennii, allegando causam, b. quam non potuit petere etiam si resignas tuerit prosecutus processum post resignationem [Tū quia restitutio pro modico nō datur. l. scio. ff. de integ. restitut. & causa possessionis est modici momenti. l. c. si de moment. poss. & c. i. de causa poss. tum etiam quia possessio est quid facti, quae non potest continuari, vel extendi, nisi apprehendatur. l. denique. ex quibus caus. maior. ideo per literas regias in his non succurritur, & quia non possunt plus iuris resignando transferre quam habeant. l. i. ad ius ff. de acq. rer. domi. sed possessio quae est facti, nō transfertur sine apprehensione. l. cum heredes ff. de acq. poss.] Sic fuit pronunciatam in hoc venerabili senatu pro magistro Io. du. Drac. canonico Carnoten. contra Iacobū de Polingnes, & quēdā abbatē de Vauldrille, qui petebat subrogari in ius alicuius nūcupati Seneschal. post annū, & fuit passus repulsam, an. 1514. die 8. Februarii. Idē fuit dictū pro Bartholomeo Fouchier, cōtra Io. Tillon appellan-tem à Seneschalo Andegauen. in causa vnius prae-bendae ecclesiae Andegauen. ann. 1509. die 17. Maii. & anno eo. 1509. die 27. Iunii. aliud arrestum & simile vidi inter arresta Aufrerii. q. 374. inter Io. du Refuge religiosum, & Petrum Marie. Imò nisi quis prosequatur instantiam intra annum petit, sic pronunciauit senatus pro abbate &*

*Intra annū quis debet subrogari, alias excluditur.*

religiosis S. Martini de pontifara, contra Antonium le Feure, religiosum S. Dionysii in Fracia, pro prioratu S. Albini de Chablano. ann. 1512. die vero 20. Iulii. Sed poterit iste, qui non est adeptus possessionem, agere super peritorio, vel resignare ius, quod habet vni ex colligantibus, qui poterit iuari etiam tit. l. d. ius, vt scripsi in tra. 3. de pacif. poss. n. 294. vers. 16. l. i. i. a. vel tunc procuret habere ius vnius colligantis.

*Annus sub rogationis à quo tempore computetur.*

Et hic annus est computandus à die collationis sibi factæ, quia ante non incipit mora, quam possit agere. l. eus. ff. si ceri. pet. \* Non habet primo locum quando alius beneficii fructus ratione de portus reciperet. iuxta c. si propter. de rese. in 6. nam si prouisus intra annum possessionem non acceperit, vel non petierit subrogari, nõ excludetur, vt iudicauit magnum consilium. ann. 1549.

*Arrestum.*

die 10. Aprilis, inter Chaudon ex vna & d. Val. partes ibidem litigantes, etiam quo ad titulum non dicitur per adeptionem secundi vacare primum quandiu quis fructus non recipit. c. si bi concess. de preb. in 6. & sic in hoc casu sufficit subrogari intra annum finitui de portus. Sed tutius est si antea possit vt non expectet finem anni. Secundo fallit, quando iusto esset impedimento detentus. c. commissi de elect. & l. i. in tra. annu. quo primum experiundi potestas fuerit. ff. vii. possid. Scripsi in verbo. impedimento. supra de col.

*Arrestum.*

Tertio fallit, quando impetrasset literas intra annum, tamen ex aliqua causa non fuerunt executioni demandata in illo anno, sed post annum sic vt fuit iudicatum in hoc senatu. ann. 1541. die 11. Augusti. in magna camera. me presente.

Quarto, flectitur regula, quando is, qui petit subrogationem, possedit per annum, & pars aduersa postea prosequeretur processum, tunc poterit adhuc possessor subrogari: quia postquam possidebat, non debebat subrogationem petere. arg. l. vnic. c. de alien. iudi. inus. cau. fact. nec debeat expectare tristem euentum processus. arg. l. inter stipulanti. §. sacran. ff. de verb. obl. alioqui pars permitteret nouum impetramentum possidere per annum, & postea processum prosequeretur, & sic excluderet aduersarium, quod non est permittendum, sed debet intelligi à die tituli quando nõ possideret, secus si possideret, & sic fuit prolatum arrestum ann. 1518. die 2. Iunii. pro magistro de la Forest. contra Raymundu du Castell. Et ann. 1524. die 9. Decembr. pro magistro Grolard contra Riton, super praepositura Partenay.

Arrestum.

Fallit quando is qui possidebat habet titulum per resignationem, & cũ resignante semper eo sciente processus duraret contra alios, tunc si intra annum hic resignarius non faciat se subrogari, postea non admittetur, secus si eo ignorante processus duraret cũ resignante, vel alio, aduocare enim debetis, qui petit subrogari in ius alterius, vt collationem sibi à collatore factam ostendat, nam si à vicario collationem obtulerit, nisi vicarius ius literas produxerit, nõ subrogabitur, literas tamen possessionis beneficii, non tenetur ostendere, nisi post subrogationem, vt vidi obseruari & superius dixi in tra. proxi.

[Quinto, si aduersarius non possidebat, potero petere subrogari post annum, vt iudicauit senatus, anno 1543. 11. Ianuarii, quia annus computatur à die collationis possessionis aduersarii, & hoc maxime si resignans possidebat post resignationem, & impetrans post duos annos velit obicere resignario, nõ posse petere subrogari, nõ contrarium fuit sapius in senatu iudicatum, quamuis subrogatio non admittatur post annum possessionis adeptæ aduersario, quod est notandum.] [Vltimo limita, vt in vers. fuit appellatum infra.]

Adhuc si moram litem in causa noua, quis nõ prosequatur intra duos annos, nõ petit instantiam, quam nõ potest prosequi postea, etiam si per literas regias releuaretur, vt fuit dictum contra quendam inuor, qui impetrauerat hæc literas, an. 1528. die 14. Decemb. Quia in hac materia non est litis contestatio, & sic nec perpetuatur viginti ad 30. vel 40. annos, sicut in alia petitiona materia. l. nam postea §. si is qui temporalis §. de iure iur. Nempe vt eado per annum acquiritur possessio, ita per annum interdictum pet.

perditur. l. ff. de mercedi. & annus quo fuit  
lis incepta non computatur, quia est inte-  
ger, sed sequens sic.

Præterea is qui intra annū impetrauit  
litteras subrogationis, quas præsentavit in  
iudicio, & pars petit dilationem ad delibe-  
randum super his litteris, postea impetrās  
non prosequitur pro eodem utrum per v-  
num annum, vix poterit postea prosequi,  
tū quod initia sit inmercepta, tū etiā  
quia initium est possessionum an. §. recimen-  
ac. in §. de mercedi. l. ff. ill. ut nec videtur  
eum quod valeat. Litteræ super hac inter-  
ruptione, tamē ex veritate vidi audi in  
petentem, quia in materia beneficii sen-  
tentia non transit in rem iudicatam. §i. §. iug.  
in ca. de concess. præb.

Non facies  
subroga-  
ri quādo sit  
re. alterius  
in petentem.

Item aliquando licet non facies me sub-  
rogari in locum resignantis, iure tamen &  
titulo illius vti poterō, si alias eram pars in  
instantia, si verō non eram, sed indigebam  
instantia illius, in cuius locum volo subro-  
gari, tunc oportet subrogationem petere,  
aliās iure illius vti nō poterō, utpote si ha-  
bebam bonum titulum, tamen intra annū  
non me opposueram, si is qui erat in lite,  
resignet mihi ius suum, oportet quod pe-  
tam subrogari, quia non sum in instantia,  
& si is qui obtinuit recedentiam resignet  
in meum favorem, oportet subrogationē  
petere, si eius recedentia vti velim, & ita  
vidi in forensi iudicio servari, non allego  
iura, quia ista magis in vfu quam in iure  
constant.

Exhibere  
debet titu-  
lum petens  
subrogari.

Petens subrogari incontinenti debet  
suum exhibere titulum, quo videatur, an  
intra annum veniat, & ne is, qui nullum  
ius habet, aliū vexet petendo subrogari. gl.  
& doct. in c. 2. ut lite pend. in 6. ubi Gemina. Ali-  
oqui repellitur, nec ei dari solet dilatio,  
quia in potestate sua fuit quando experiri  
vellet, & petēs subrogari ex duob. defecti-  
bus aduersarii subrogabitur, non ex vno. ita  
vidi servari in practica.

Potest quis petere se subrogari require-  
do hoc cum procuratore partis aduersæ,  
licet nō fiat noua citatio contra dominum.  
R. v. eius in tract. rega. in 3. privilegio.

Fuit appellatum super incompetencia,

quia iudex pronunciauerat se competen-  
tem, interim appellans resignat, vbi facere  
se debeat subrogari resignatarius, & si an-  
no duret causa appellationis in senatu, an  
postea subrogari possit, tunc bonum esset  
quod impetret litteras directas senatui, vt  
cū causa appellationis decidatur, & causa  
subrogationis, & si non fiat intra annum,  
ad huc cessante ipso impedimento nō no-  
cebit illi lapsus anni. arg. l. si eum §. qui in-  
iuriarum ff. si quis cau. Procurator eius in  
cuius locum subrogatus, debet mihi ex-  
hibere titulos mei resignantis, & alia actæ  
causæ, vti vidi decidi in senatu, etiā si allega-  
ret subtrac. a esse sibi inst. iurētra, quia ei fu-  
it data dilatio ad cogendum eum, quæ  
dicebat furripuisse.

Vbi fieri de  
beni subro-  
gatio.

Insuper subrogatus tenetur iustificare  
ius illius, in cuius locum petit subrogari.  
re. firmat. Regid. in decis. 112. subrogatus. & decis.  
106. si petens. secus in eo qui per resignatio-  
nem venit in locū eius qui fuit reputatus  
eius rector. de quo non dubitabatur. Rota.  
decis. 109. agent. in no. Pan. & alii in c. illud. de  
presumpt. Boer. in dec. Burdeg. q. 42. alia insu-  
per. nu. 30. vide etiam. q. 89.

Item in hac subrogatione à Papa con-  
cessa debet fieri mentio de beneficii obtē-  
tis, quia vim collationis habet. c. 1. §. 2. ut lite subrogatis.  
pend. in 6. de Rota decis. 274. licet in subrogatio-  
ne. in nouis. Regid. bellamera, dec. 115. falsa. §. 218.  
in caus. §. 351. eadē. nisi referat se ad aliā gratiā  
in qua fuerunt necessaria expressa. Nic. de  
militis in reper. in verb. gratia. q. 91. gratia per quā,  
&c. & an valeat impetratio lite pend. vide  
per Rotam, dec. 310. si re. 15. possessor. in nouis. &  
quando litigans venit intra mensem à die  
impetrationis ita. per tertium. debeat præ-  
ferri extat regula cancellariæ 27. ubi scripsi.  
[Alia de hac subrogationis materia in pra-  
xi beneficii in rescripto subrogationis, scri-  
psi tibi abundē, licet videre.]

Probare an  
debeat ius  
subrogatis.

Quæro quid si testator velit bona venire  
ad successores, qui veniant appellatione  
successoris. Resp. successores descenden-  
tes ab ipso testatore, per rationē leg. cum a-  
cuiusq. C. de fideicom. ita expresse conclu-  
dit Soc. in cons. 249. materia. vol. 8. vers. 2. dif-  
ficultas. in 2. vol. vbi plenē licet videre, & cons.

Successoris  
appellatio-  
ne qui con-  
prehendun-  
tur.



seq in causa. col. 1. & seq. & venit successor vniuersalis, non singularis. las. in l. quaedam. §. 1. ff. de eden. Perus. in c. 1. nu. no. de testa. in 6. Fel. in c. quias. col. pen. de iudi. nisi in duobus casibus ibidem positus. plene scripsi in l. heredis. 2 ff. de verb. sign.

iure prauentionis

**Papa quando dicatur prouenire.** *a Iure prauentionis* Pro hoc tex in c. dudum. §. nos igitur. de preb. in 6. & prouenire dicitur, quando prius confert. si ergo ordinarius etiam nulliter prius contulerit non graduato, postea Papa, demum nominatus requirat, & obtineat collationem ab archiepiscopo, is nominatus in suis mensibus erit preferendus, quia sibi Papa tantum retinuit prauentionem hic, non prauentionem. ergo extra prauentionem non prauedicabit qualificatis, ut dicitur de firma. & irruoc. concord. stabi. in vers. nec non irritum & inane quicquid secus super his, vel eorum aliquo, a quoquam quauis autoritate, etiam per nos & successores nostros prefatos scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Et sic iudicauit senatus Pari. ann. 1534. die 23. Junii. inter Io. d' Orleans & de Lorme, & sic fuit conclusum. & in mente curiae retentum, etiam idem iudicatum fuit, an. 1540. die 18. Ianuarii, inter Iacobum Eccleston appellansem, Guillelmum Caiornel. potest tamen Papa prouenire, & mandatarium & nominatum, ac alium qualificatum, ut hic, quia maiore sibi etiam in mandatariis retinuit potestatem, quam concesserit c. dudum. de preb. in 6.

Et plene de hac prauentione loquitur Ioan Lupus in repe. decreta per vestras. in prin. col. 2. de do. inter virum & vxo. vbi idem dicit in rege quo ad officia.

Et dicitur etiam prouenire ratione horae vel momenti, si possit probari. gl. in c. pen. de rescr. in 6. & c. si a sede. de preb. ibidem. & potest probari per testes, ut ibidem dicitur, quod sequitur Dec. in c. causam. co. 3. de res. Fel. in c. pastoralis. illo. xi. per gl. in l. si ex pluribus. in fi. ff. de solu.

**Hora in instrumento** Et quando potest dubitari de viribus instrumenti, apponenda est hora in instru-

mento. Bal. in l. cum proponas. C. de inter di. matri. allego tex. ad hoc in l. Titus. §. Lucius. ibi hora dicit 6 ff. de lib. & post. Fel. in c. ego. de iurei. Alioqui hora in instrumento non est ponenda necessario. ita tenet Bar. in repet. rub. de si. de instr. col. 6. vers. quid de hora. dicens non esse in instrumento necessario scribenda, nisi in casu. l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. Idem tenuit in cl. si col. 9. de rescr. vbi dicit bonum esse apponere horam propter rescripta, quae in pari data reperuntur.

Et sicut quando sunt plures iudices, unus potest prouenire alium. l. si quis postquam. ff. de iud. c. pen. & ibi Soc. de foro comp. ita quando sunt plures procuratores in solidum constituti. c. si duo. de proc. in 6. pen. de le. eo. lib. & de multiplici praecupatione. tradit Ant. in c. capitulum. col. 5. & seq. de rescr. sic & prouentio procedit in Papa, qui prouentus dicitur quando nominatus, aut graduatus solum iure requisituit beneficium sibi conferri, licet non fuerit collatum, ut statuit lex regni in ordina. regis, rub. des prouentions apostoliques. Etiam si requisitio fuerit facta capitulo, quia cum possit vacante sede qualificatis conferre, ergo & requiri potest. ut dixi in tract. nom. q. 8. nu. 30. Ideo Papa non dicitur prouenire, nec potest conferre iure prouentionis, cum sit prouentus per illam requisitionem, secundum iura Galliae.

Etiam si requisitio fieret ab alio quam collatore, dum forte latitat, vel abest a suo episcopatu, vel abbacia, tunc sufficit requisitionem fieri ibi in episcopatu, vel abbacia, ut recursum possim habere postea ad superiorem, & ad hoc ut postea collatio iure prouentionis fieri non possit, alias episcop. vel collator semper latitaret, vel abesset, & interim Roman mitteret, & sic daretur materia delinquendi, ut ab eo missus ad Papam perueniret, dixi in tract. de pacifi. poss. in fi. Tamen Fel. in c. in nostra. cor. rel. ibi dicit quod si inuenirentur acceptatio & requisitio per graduatum, & collatio per Papam eode die factae, praesumetur pro collatione, & valebit. ca. capitulum. de rescr. ibi. And. in c. si postquam. de preb. in 6.

Item

Item per collationem nullam non dicitur Papa praeuenire ordinarium quo ad hoc, ut collatio ordinarii non valeat obstante collatione per Papam facta, quae nullo modo potest obtinere ratione reservationis, quae in regno non habet locum, ut supra. tit. de reserva. dixi. Pan. in cap. inter de excessibus prelati. quamvis contrarium teneat.

*Collatio Pa*  
*penultima no*  
*habet refer*  
*entiam.*  
Anch. conf. 58 dixi in gl. disposuerit. in fin. supra. tit. proximo. §. si quis verb. quae intellige ut hic. Sicut citatio nulla non inducit praeuentionem. l. si pater. Et ibi gloss. C. ne de statu defuncti. gl. vi. in cap. si plures. de offi. deleg. in 6. Iacobi in d. l. si quis posteaquam. col. 2. ubi post Ange tenet etiam per captionem personae nullam, non induci praeuentionem. Soc. in d. cap. proposuisti. art. 4. q. 5. Et seq. gloss. in §. visum. in verbo, non valeant. de collat. in pragm.

Si tamen vnus Iudex ceperit cognoscere de crimine, & alteri directè fuerint literae innocentiae super hoc crimine, vidi per senatum remitti ad primum iudicem, qui de hoc crimine cognoscere inceperat. Ideo eum collatio facta non graduato sit valida non prosequente nominato, ut supra in §. si quis verb. tit. proximo. dictum extitit, quando est facta non graduato, praeuenit Papam, ut dico in tractat. nomi. q. 17. num. 19.

Quod est verum si nominatus aut graduatus postea requirat, alias secus vnde si ordinarius conferret beneficium regulare vacans in mense graduatorum seculari, postea Papa prouidisset seculari dispensando cum illo, valebit collatio Papae, non ordinarii, quia hic non est praeuentionis, sed praelatio, quae bene habet locum, quando agitur inter non qualificados, cum collatio ordinarii non valeat, quia ordinarius non potuit dispensare, ideo valebit 2. collatio facta per Papam, secus si ordinarius contulerit non qualificato, & Papa alii, postea collatio facta fuerit graduato, ut haec valeat, prout fuit iudicatum in hoc senatu, ann. 1540. die 18. Februarii, inter M. Ioan. de Lorme appellatam, & Ioan. d'Orleans intimatum.

Item quando apparet episcopum cor-

tulisse tempore quo potuit, dicens illam collationem non valere propter Papae praeuentionem, habet illud probare. Ioan. And. & Peru. in cap. si tibi absentii. col. 2. de preben. in 6. Et an requisitio facta per graduatum vel nominatum inhabilem impediatur praeuentionem Papae dixi quod sic in §. si quis verb. in verbo, disposuerit. in fin. supra. eo. & an Papa possit in praedictum nominatorum afficere beneficia non vacantia dixi in gloss. dispensationis. §. volumus. de coll. supra. Imo anno 1540. die 19. Februarii fuit plenum possessorium adiudicatum magistro Jacobo Aceliffon. doct. theologo, qui beneficium vacans in mense Aprilis requisierat post collationem factam a legato & Papa eo. die non graduatis.]

Intellige hanc praeuentionem Papae valere quando tantum tempus effluxerit a die mortis, quod verisimile sit eum cui est facta collatio, potuisse ad Papam peruenisse, alioqui praeuentionis Papae etiam non valebit, ne votum captandae mortis ingatur. Reg. cancel. 28. nisi praetextu renunciationis ante mortem cucurrisset, quia tunc computabitur tempus a die constitutionis procuratori, & non a die mortis, quando in collatione est derogatum illi regulae, eo quod habuit bonum initium. gl. in §. neque. in verbo, faciendas. de coll. in prag. Ioann. de Seleu. in tract. de beneficio. in 3. parte. quest. 46. Quid si resignatarius qui diem praeuenerat erat inhabilis, & statim alius per mortem impetrauit, an possit ei excipi de illa regula. fuit in hoc senatu Paris. iudicatum quod sic, contra Tristandum Fretard, pro magistro Germano Cornuto in causa canonici sanctae Radegundis Pictaviae ecc. an. 1537. die 7. Septembris, licet fuisset allegatum quod in ecclesia parochiali iam decanatus erat collatus. [Quia sic fraus fieri posset, nam primus impetrans impetraret pro extraneo, & postea pro se, & iura obuiant quantum possunt fraudibus. l. in fundo ff. de rei vend. c. sedes. de refer. standum est senatusson.]

Imo etiam non valebit praeuentionis fraudulenta per gloss. in d. verbo, faciendas. vnde si quis corpus mortuum beneficiati eclauerit,

*Regula de*  
*verisimili*  
*notitia de-*  
*claratur.*

*Celās mor-*  
*tuum quo-*  
*modo pu-*  
*nam.*

de nec illius beneficium à Papa impetrat, non valebit illa prouisio etiam à Papa quia dolus & fraus non debet cuiquã prodesse. *c. sedes. & seq. de reser. & sic collatio ordinarii etiam postea facta alteri valebit, vt plenè probat Boer. in decis. Burdeg. q. 287. & in dicto processu, dicens sic fuisse ibi iudicatum facti ordina. reg. ex publ. Ann. 1530. art. 56.] Super qua à scriptis in v. acta. ne beneficior. cadatur. c. s. in v. acta. in 2. tomo. consli. regia. & r. de J. extra. 1. de sepul. in communib. & pater, qui celauerat mortuum, vt illius beneficium filio impetraret, fuit ad multam condemnatus, Ann. 1525. die 23. Febr. in hoc senatu. prosequente Magistro d' Anou. contra Abriodum, pro quo facti l. 3. §. si quis de lo. ff. de tabu. exhib.*

Arrestum.

Et an illa regula habeat locum in ordinario, vide gl. in d. verbo, faciendus, & in d. regul. 28. & quae dixi in gl. alieni sui supra. in procmo. D. Ripa in cap. 2. in fin. de rescrip. imò non valebit derogatio huius regulae facta etiam per Papam, vt in d. regulat. met. & ita fuit aliàs conclusum in hoc senatu, & in mente curiae retentum. Multa de verisimili tradit Fel. in cap. quianon est verisimile. de presump. multo plura Do. Anr. Tiraq. in l. si nunquam. C. de reuoc. dona. in princ. non. 27. cum seq. vers. sed iam, & c.

Præuentio an dicatur post patroni præsentationem.

Vltimo, si patronus per literas præsentauerit Titium, & antequam fuerit institutus Papa contulerit alteri, si postea institutus fuerit Titius, debet præferri, si Papa nullam mentionem præsentationis fecerit, secus si hoc expresserit, & ita vtraque sententia conciliabitur, quas gl. citat. in §. visum. in verbo, non valeant. de col. in pragm. imò non esset absurdum tenere per istum tex. non valere collatione Papæ post præsentationem, quia iure præuentio non confert, ergo non valet cū ad hoc se altrinxerit hic, non obstat doctrina doct. Quia intelligitur quando non esset aliquid in contrarium statutū, sed hoc videmus statutum, & sic fuit iudicatum in hoc mense Martio, congregatis duabus cameris inquisitionum, Anno 1544. vide D. Boer. in qua. 2. in decisio. Burdeg. De præuentione, quæ fit & exercetur in iudiciis non scribo

Arrestum.

hic, sed doc. tradunt in l. si quis postea. ff. de iudi. & plenè in cap. proposuisti. de iuro compta. & de præuentione, quam habet rex aduersus episcopum Paris. in tribus casibus, videlicet homicidii, raptus, & quando quis inuenitur in crimine flagranti, reperitur in ordinationibus antiquis & conuentis, inter episcopum Parisien. & regem.

hic, sed doc. tradunt in l. si quis postea. ff. de iudi. & plenè in cap. proposuisti. de iuro compta. & de præuentione, quam habet rex aduersus episcopum Paris. in tribus casibus, videlicet homicidii, raptus, & quando quis inuenitur in crimine flagranti, reperitur in ordinationibus antiquis & conuentis, inter episcopum Parisien. & regem.

dignitates, & personatus, b ad ministraciones, & officio, cateraque & beneficia ecclesiastica secularia & quorumuis ordinu regulatia, quacunque & quomodocunque d qualificata, tam in mensibus graduatis

a Dignitates ) Exceptis episcopali- bus quæ non veniunt appellatione dignitatis, cum episcopatus sit culmen dignitatis. cap. venerabilis. de prob. glo. in cap. 2. illo in m. 6. Et sic appellatione dignitatis in materia penali & odiosa non venit episcopatus. per gl. in d. cap. 2. quoniam non est. in tract. de prestam. card. q. 1. parus primo. col. 4. & qu. 12. eiusdem partis. & in procmo. ele. in 2. lectura. col. 3. & in ele. audior. col. 12. de rescrip. pro illa gloss. est. in d. de reuoc. dona. in princ. In. m. c. directi. de concess. prob. vbi dicit quod dispensatus vt obtinere possit dignitates, non poterit habere episcopatum, vide ibi laius. & per Nic. Mil. in reser. in verbo gratia. quest. 57. Item hic non comprehenduntur abbatia, prioratus, nec alie dignitates, in quibus ecclesia est viduata p. hore, & seruatur forma: quia propter quia illarum nominatio in hoc regio spectat ad regem. supra in rub. de regna ad prel. non. fac. nam non est verisimile quod tam cito conditores se correxerint. l. non ad ea. ff. de condi. & demonst. piene Lappus alleg. 84. dominus Papa, col. Pen.

Fallit quando illæ supradictæ dignitates vacarent in curia, tunc ad Papam libera pertinet prouisio, etiam sine regis nominatione, vt patet in rub. de rega. ad prel. non. fac. §. 1. Itè dignitates ecclesiasticas intellige, vt dixi sup. tit. prox. in §. præfatus ordinari.

b *Personatus.*) Declara ista vocabula, reperi gl. in §. prefat. ne ordinari. supra ut. proxi. vid. dixi.

c *Ceteraq. beneficia ecclesiastica.*) Etiam si essent altaria, vel capellana fundata etiam à laicis, dummodo auctoritate episcopi, aut Papæ sint constructa, quia beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Papam pertinet. ca. 2. de præb. in 6. dixi. in tract. nomin. quest. 12. non dicitur enim ecclesiasticum beneficium ante episcopi approbationem. Fel. in c. ex parte S. de rescri. col. 1.

Consecrare  
episcopi sine  
dote non  
debet.

Et episcopus non debet primarium lapidem ponere, nec ecclesiam consecrare, nisi prius fundator dotem illi ecclesie constituerit. cap. nemo ecclesiam. de consec. dist. 1. si non fuerit constituta dos, potest compelli adhuc fundator ad dotem constituendam. cap. pia mentis. 16. q. 7. vel eius hæres, si fuerit soluendo, alioqui episcopus tenetur. arg. cap. episcopus. de præben. Fallit si quis construxerit capellam in ecclesia mendicantium. Anch. in consuet. vel in ecclesia cathedrali, seu collegiata. per text. in auct. vi nullus fabricer. ora. Do. col. 5. sic expressim consuluit. Ioan. de Ana. cons. 24. primo videntur. & Calca. cons. 31. Ant. col. 2. vbi etiam vide an per diruptionem ecclesie hæres fundatoris sit liberatus, & concludit negativè.

Fundator  
an teneatur  
hæres dotem  
in ecclesia.

d *Quomodocunque qualificata.*) Hic postea declarat siue vacent in mensibus graduatorum simplicium, siue nominatorum, & per hoc verbum patet, quod etiam iure præventionis potest conferre beneficia sita in ciuitatibus, vel villis muratis, non graduatis, sed quia peruerteret statum ecclesiarum parochialium regni, videtur quod non possit, ut infra dico in præbenda theologali. & quia non intendit tollere priuilegia laicorum. c. 2. de priuileg. Et quia exempla declarant vt in eisdem casib. procedat. l. nunquam. ff. de priuileg. delict. mode. in §. sed iste col. 7. insti. de actio. ergo procedet in casibus declaratis, postea in vers. tam in mensibus, &c. quod cogitandum relinquo.

Et an possit conferre habenti ad summam ducentorum aureorum beneficia, quod videtur per hoc verbum, quia non agitur tunc de qualificatione, vnde in simili dicit gl. in excusau. execrabilis. in verbo, personatus. in fin. de præb. quod si Papa in collatione dignitatis dicat, non obstante quod alia beneficia habeas, quocumque & qualiacumque sint, tunc potest tenere prima, etiam si essent electiua per cle. si Romanus de præb. nam hæc verba generalia duos habent effectus. Primus, quia tollant subreptionem. c. non potest. in si. de præb. in 6. Secundus effectus est, quod simul obtineri possunt quæcumque, & quocumque, quia tantum valet genus in suo genere, quantum species in sua specie. l. si duo. ff. de admini. tut. Fel. in c. nonnulli. col. 8. vers. addit. etiam gl. de rescrip.

Clauis de  
non obstant  
re quocum  
que & qua  
licumque  
duos effe  
ctus.

Non poterit quoque non theologo præbendam theologalem conferre, quia totologo Papa us reip. interest habere theologum, & immutaretur status ecclesie Gallicane, quod etiam Papa facere non potest, no. gl. non confert. & doc. in c. proposuit. de conces. præb. vbi quando decoloratur status ecclesie, sicut hic nam possent tunc conferri alinis, & sic parochiani ciuitatum, & villarum muratarum paterentur, quia nec prædicationes haberent, nec docerentur, quod est absurdum. Etiam ratione conventionis & concordati, nisi alia deputaretur theologo, ut dixi in §. i. supra tit. proxi vel nisi conferret baccalaureo formato etiam extante doctore, quia tunc crederet Papam hoc posse, quia cessant rationes supra adductæ, & ipse in sequitur concordata sic conferendo, ideo est validum quod facit per §. de firma. & irrevocabili concord. stabl. vbi facta contra concordata etiam per Papam sunt irrita. ergo si secundum concordata valent.

Item non confert ratione præventionis ea quæ iure regali spectant ad regem. no. in c. generali de ele. in 6. doct. in c. 2. de præben. ibidem. & hoc D. Rues. in tract. de iure regali. pulchre tract. Sed regularia beneficia poterit secularibus conferre iure præventionis, sed

Interpreta  
tione. Papa  
beneficia in  
villis mu  
ratis sita an  
conferat.

sed in vim nominationum & gradus non debentem regularia secularibus qualificatis, vel e contrario, ut in §. volumus. supra tit. prox. dicitur etiā prae-textu dispensationis apostolicæ. *ut ibi*, nec videtur hic se correxisse, cum in aliis possit intelligi.

simplicibus & nominatis, quam ordinariis collatoribus præfatis assignatis vacantia, & ac etiam sub dictis mandatis comprehensa, liberè conferre. *b*

Papa beneficia sub mandatis comprehensa conferri facta expresse.

*a Ac etiam.*) Sub dictis mandatis comprehensa. Non tantam potestatem dedit Papa, quantum sibi retinuit. *text. in cap. dudum. de præb. in 6.* & sic potest conferre beneficia sub mandatis comprehensa, ut hic *pe. text. in c. quoniam. 2. de præb. in 6.* sicut legatus beneficia reservata. *gl. in c. præsent. in verbo. illa pendente. de offic. leg. in 6. Cardin. conf. 3. an sit legatus. de præb. poterit etiam conferre præbendam primam, quamvis fuerit conventum & confirmatum per Papam, ut prima vacans divideretur, & ex illa fierent duæ per rationem supra adductam.*

Requiritur tamen mentio & derogatio præcedentis conventionis, alioqui non videtur velle derogare, nec suæ fuisse intentionis, ex quo non exprimit. *cap. dilecto. de verb. sign. ideo collatio per Papam facta alias erit subreptitia. Collecta. in cap. relatum. col. 1. in fin. de præb. Vide text. & ibi doct. in c. quoniam in 2. de præb. in 6.* & idem si Papa conferat beneficia qualificata quia etiam mentio facienda est per supradicta, & facit regula cancel. 30. Old. conf. 324. factum tale, col. 4. ubi dicit quod collatio facta per Papam etiam ex causa permutationis de beneficio iam affecto alteri, non valet, nisi mentio facta sit de reservatione. Nec refragatur. *d. cap. dudum:* quia ibidem Papa potestatem conferendi ac resignationes recipiendi primo concesserat, & postea cōtulerat. Ideo expressio non requiritur, secus si conventio fuerit facta, ut hic, quia difficilius rumpitur conventio confirmata, quam simplex Papæ concessio. *cap. 1. de irrupta. Item si fuerit statutum iuratum &*

confirmatum à Papa, quod de cætero non erunt nisi duodecim canonici in tali ecclesia, & nullus recipietur in canonicum, donec 30. canonici fuerint reduci ad 12. Tamen si vnus ex viginti velit permutare, poterit coram summo pontifice facta expressione statuti iurati, coram alio non. *Inol. expressè in de. vna. col. 3. resp. querit hic Guillel. de ver. perm. quia electio-num canonicum recipere, & statutum violare, quod inferiori à Papa non est concessum, ut ibi. Limita quando beneficium vacaret in curia, tunc etiam non facta mentione mandati, valebit collatio. cap. 2. & ibi Ioan. And. de præb. in 6. refert. Perus. in cap. si postquam. col. 2. illo tit.*

Secundò, fallit quando tale beneficium non esset affectum mandatario, quia tunc collatio ordinarii valet, à fortiori & Papæ. *c. dilectus. 2. de Præb.*

Tertio, limitat Perus. *d. cap. si postquam* quando motu proprio conferret: tamen per illam clausulam non intendit præiudicare iuri tertii. *ibi vide alia.*

*b Conferre.*) poterit ergo Papa conferre, sed mandare conferri non, quia tantum retinuit potestatem conferendi, & ita conuenit cum rege, & sic non poterit etiam legato dare hanc potestatem conferendi iure præuentionis, nec regnicolarum paterentur, per hunc text. cum aliud sit conferre, aliud mandare, conferre *c. fin. de off. vica. in 6. c. eum cui. de præb. eo. lib. vide Felon. in cap. veniens. 1. col. 2. de rest.* Et quando Papa iure præuentionis conferret, mandatum valebit super beneficio alio primo vacaturo, *cap. quia sept. & c. si clericus. de præben. in 6. & d. cap. mandatum.* & sic non finitur. Sed quot modis finitur, resp. quod esset ferè modis sicut nominationes, ut dixi in tract. nom. q. vltim. & supra eo. in verbo. prosequens. Quid in legato, an possit conferre in præiudicium mandatarii. Dicendum quod non, quia inferior non tollit legem superioris. *de ne Roman. de ele. in c. non dicitur. Do. & Perus. in c. si postquam. col. 2. de præben. in 6.* fallit si data eius specialis conferendi potestas à Papa. *argum. cap. 2. de præben. in 6.* quod intellige, ut statim dixi. & dicit quod re-

do resignaretur in manib. legati sine fraude, tunc valeret predicta resignatio. arg. c. dudum de preb. in 6. Et sic fuit prolatum arrestum h. c. an. 1337. die Veneris ante Pentecosten.

§. STATVIMVS.

Statuimus a in super quod in prouisionibus, quas personis quibusuis de beneficiis vacantibus seu certo modo vacaturis, per nos & successores nostros, ac sedem predictam, etiam motu proprio etiam promotis ad ecclesiis cathedralibus b & metropolitanas, ac monasteria, c vt obtenta per eos beneficia retinere possint, fieri contigerit illorum verus annuus per florenos, aut ducatos auri de camera, aut libras turonenses, seu alterius monetae valor, secundum communem estimationem exprimi debeat. Alioquin gratia ipsa sint ipso iure nulla.

Valor verus beneficii non exprimitur in Francia, sed conficitur. Hic § non receptus à regnicolis, sed consuetudinem habeat exprimendi, quod fructus beneficii non excedunt summam viginti quatuor ducatorum auri de camera, & illa expressio in hoc regno seruetur, ideo hic non scribo an sit de iure exprimendus valor, de quo per doct. in c. ad aures. de reser. gl. in clem. i. de preb. Et primus hoc statuit Urbanus 6. v. no. gl. & doct. in c. i. de preb. Hic multa scriberem, quæ de industria missa facio, cum in hoc regno vsu non veniant. vide Fel. in c. fi. col. 2. de presum. & alia scripsi in praxi mea beneficia.

b Ecclesias cathedrales) Hic ergo vult exprimi verum valorem etiam per promotos ad ecclesias cathedrales, vel metropolitanas. nam per electionem, confir-

mationem, & consecrationem, vel post lapsum tempus de consecrandis, vacant beneficia, quæ quis habebat ante episcopatum vel archiepiscopatum, c. cum in cunctis. §. cum vero. de elect. & hoc quatuor interuenientibus. Primo, requiritur electio, vt ibidem dicitur. Secundo requiritur confirmatio. c. si. de ele. in 6. Tertio requiritur, quod electus & confirmatus bonorum administrationem habuerit, & possessionem episcopatus, v. no. in simili in ca. de multa. de preb. Quid si episcopatus possessionem habere non possit, vt pote quia est apud infideles. vide per Car. in clem. in plerisque in fin. de elect. Quarto requiritur consecratio, vel quod tempus de consecrandis sit elapsum. c. quoniam in 100. dist. 8. d. §. cum vero, & etiam prouisi beneficia non vacant ante consecrationem, & ante administrationem bonorum, licet prouisio habeat vim electionis & confirmationis. Pan. & alii in c. eam re. de reser. & in c. cum super. de causa poss. & proprie. gl. in clem. i. in verbo, collato, vt litem pendens. Curia tamen ex stylo habet, vt statim beneficia prouisi conferat, quia non presumit, quod recuset episcopatum. Dec. in d. §. cum vero. col. 2. nisi dispensatum cum illo episcopo fuerit, vt beneficia retinere possit. Ange. cons. 374. Bonifacius & quia beneficiorum quorundam valor est taxatus in curia Romana, licet videre in prouinciali, & Papa solet dicere in bullis cuius fructus ad quingentos florenos auri taxati reperiuntur, & tunc Papa non est solitus expedire bullas, nisi detur sibi annata secundum valorem illius taxationis licet quis non exprimeret tam magnum valorem, vt vidi seruari.

Beneficia electi quatuor interuenientibus vacant.

Vix recusat episcopus.

Exprimitur verus valor beneficii taxati Roma.

Per adeptionem abbatie, auvacent beneficia.

Monasteria) Promotus ergo ad abbatiam, si retinere velit beneficia, quæ antea habebat, debet exprimere verum valorem, & hoc antequam adipiscatur possessionem pacificam abbatie. Alioquin per adeptionem pacificam abbatie, sicut per adeptionem pacificam alterius dignitatis, vacant beneficia priora, etiam ante benedictionem. Oldr. cons. 14. cum quartum. cap. de multa. de preb. & extrauag. execrabilis. illo tit. Et hoc casu sufficit (vt puro) consecratoria expressio. cuius fructus. & c.



*Limitatio  
ad cap. de  
nulla de  
praben.*

Nota tamen, quod licet per promotionem ad episcopatum vacent priora beneficia, tamen per adeptionem dignitatum, vel beneficiorum, non vacat episcopatus. *rex. sing. in ca. cum nostris. de concess. preb.* quia episcopus sine consensu Papæ episcopatum dimittere non potest, *vt ca. inter. c. si de transf. epi.* & per hoc limitatur d. c. de multa, quod licet loquatur de dignitatibus, tamen non procedit in episcopatibus, cum sit odiosum, & ita no. Pan. in d. c. cum nostris. quod est notandum. Imo per adeptionem secundum episcopatus, non vacat primus sine Papæ autoritate. *c. quanto. & ibi Pan. in si de transf. epi.*

Quæro an electus in episcopum ante confirmationem possit permutare beneficia, quæ habebat tempore electionis & breui decidit gl. in *S. aren. in super in verbo, disponere. de colla. in prag.* vbi dicit quod non, cum sit incapax obtinenda beneficia cum episcopatu. *ca. cum in eunctis. §. cum verb. de elect.* & sic dicit interuenisse arrestum, licet in fine videatur contrarium tenere. Declaratur in reg. 24. cancel. quod prouisiones beneficiorum, quæ vacant per resignationem simplicem, vel ex causa permutacionis illorum qui promouentur ad regimina ecclesiarum, vel monasteriorum, si ante diem promotionis conferantur, sunt nullæ, quia ille qui sciebat se promouendum ad episcopatum, vel abbatiam, faciebat resignationes secretas, vel permutabat cum alio beneficio etiam minimo. Ideo postea facta promotione Papa erat illusus, & nil valebat conferre: quare statuit, vt supra dictum extitit. Quædam ad hanc materiam facientia, vide per Leobinum Dalerium in tract. de mand. apost. & per Ruseum in suo tracta. vbi eleganter & pulchre hæc materiam explicant.

*Finis tituli De mandatis Apostolicis.*

#### *Forma Mandati Apostolici.*

*Is titulus sic continuatur Sup. de mandatis Apostolicis fuit tractatum, & quod certa forma in eis seruari debet, ideo eam hic locare voluisti, ut ab initio alibi posita fuisset.*

**H**ac rub. patet quod scriptura mandati intra scripta est de forma, cuius omissione corrumpitur. *l. i. de iur. & posth. & sic diligenter obseruanda. l. diligenter ff. manda. c. cum dilecta de rescrip. adeo vt si actus fiat per equipollens, tamen adhuc erit nullus omnia forma. Bal. Angel. & alii in d. l. i. Paul. in l. mancipia. C. de seru. fugi. [Nam hæc forma data est, ne in futurum ab hac forma discedatur, seu in constitutionibus. ff. ad munic. ] Sed querendum est quomodo cognoscitur aliquod esse de forina? Resp. vbiunque lex vel dispositio dicit se tradere pro forma tunc censetur ibi forma tradita. *l. debitoribus. de re iud. l. hac consulti. in. i. ibi. ante l. i. de iur. & quæstia. facere possunt, & maxime quando in rub. dicitur de forma seruanda in consilio, tunc illa rub. probat, quod sit de forma, sicut hic videmus. Fel. in c. cum dilecta. ver. 10. & vlt. de rescrip. plenè tradit. Alber. in tract. de forma & solenni. actus. subtra. quando aliquid. censetur traditum pro forma. fol. 34. vers. 5. conclusio. probatur etiam supra de mandatis apostolicis, rescripta forma inferius annotata, & ibi sub forma. C. & ibi ponderaui.**

Secundo, probatur, quando lex, vel alius actus disponit circa modum conficiendi actum, aliter quam ius commune disponat illud dispositum censetur esse traditum pro forma. *Fel. in d. c. cum dilecta. l. si quando ff. de leg. 1. & c. si Papa de priuileg. & sic in ratione heret.*

Tertio, quando lex conditionaliter loquitur, vt si non sint mobilia, capiuntur immobilia. *l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iud. Bal. in aush. vt marri & aush. col. 1. nu. 3. C. quando mul. iur. offi. fung. per illam. rex. ibi. si renunciauerint. argu. l. prior. in prin. ff. de colla. bono.*

Quarto, vbi actus annullatur non seruata dispositione. *l. si predium. C. de preb. minor. Bal. in l. i. ff. de lib. & posth. vt instrumenta facta cum vno notario non valeant, si duo non adsint, vel dicitur quod actus aliter non fiat. Bar. in l. vlt. in si. C. de vend. n. c. in l. h. Fel. in c. cum dilecta. de rescrip.*